
BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
294 A
43
14-26,a,19

BIBLIOTECA NA

DICTA NOTABILIA
SIVE
ILLVSTRIORES
SENTENTIAE AD EXCOlendos mortalium mores, & vitas recte inſtituendas,

EX PLATONE, ARISTOTELE, & alijs quampluribus ſelectæ, quorum nomina in fine operis inueniuntur.

Omnibus iam nunc quinto editis & locupletatis.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS,
Apud hæredes Bartholomæi Rubini. 1584.

DIVINI PLATONIS GEMMAE INCOMPARA-biles à Nicolao Liburnio Veneto ex toto eius opere ad politio-ris, ac honeſtioris vitæ cultum diligenter collectæ inci-piunt.

Ex primo libro Platonis, qui Hipparchus, vel de lucri cupiditate, vel de ſtudio lucrandi inſcriptus eſt.

HIPPARCHVS ſic inquit Sed ego eos lucri cupidos eſſe intelligo, qui propter inexplebilem auiditatem minima quæque vilia, & nullius precij mirum in modum ſitiunt, & in his etiam lucrum quærunt.

Si quis ò Socrates recte lucri cupidum definiat, eum, vt puto, lucri cupidum arbitrabitur, qui ſtudet ijs, & decens exiſtimat in ijs lucrum quærere, ex quibus boni viri lucrari nunquam auderent.

Socrates. In via inſcriptum id erat: Ne

amicum decipias. Quamobrem ego te mihi amicum fallere nunquam auderem.

Malos autem dicebas omnia lucratam q̃ exigua magna cupere? Nōne igit̃ ſecundum ſermonẽ tuum vniuerſi homines, & boni pariter, atq; mali lucri cupidi eſſent? Non recte igitur vituperabit quiſpiã lucri cupidos, cum ipſe quoq; lucri cupidus ſit.

Platonis dialogus de philoſophia, vel amatores. lib. 2.

Socrates. Dicebat enim Solon. Seneſco ſemper plurima diſcens, & mihi quidem videtur ſemper ſic oportere aliquid diſcere eum hominem, qui philoſophus futurus ſit, ſiue iunior, ſiue ſenior ſit, vt in vita quamplurima diſcat.

Inſcriptio quæ in Delphis eſt præcipit, Prudentiam, ſcilicet & iuſtitiam colere.

Quin etiam ciuitates tunc optime gubernantur, cum iniuſti dant pœnas.

Platonis theages, vel de ſapientia. lib. 3.

Socrates. Conſilium res ſacra dicitur, Non enim eſt diuinus aliquid, de quo homo conſulere queat, quàm de eruditione ſui atque ſuorum.

Non. n. noui cui rei maiorem diligentiam,

tiam, quiſquis mentem habet adhibere debeat; quàm vt filium optimum reddat. Verum ſemper nihil ſcire me dico, præter exiguam quandam amandi diſciplinã, & propter hanc tum ſuperioribus, tum præſentibus viris vehementior eſſe videor.

Platonis Meno, vel de virtute. lib. 4.

Socrates. Quamobrem ſic vos Gorgias aſſuefecit, vt intrepide, & alto animo interrogãtibus reſpondeatis, quemadmodum ſcientes decet, quippe & ipſe concedebat Græcorum cuiq; rogare quicquid vellet ac ſingulis reſpondebat, Nobis ò amice Meno contrarium contingit: ſi quidem ſapientia noſtra quodammodo iam exaruit, atque ex ijs locis ad vos diuertiſſe videtur. Itaque ſi quem noſtrorum hominum hoc pacto percontari tentaueris, nemo vtique erit, quin tibi ſubridendo reſpondeat.

Verum vt videtur, quodcunque cum iuſtitia fit, virtus eſt, quod autem abſque illa, eiuſq; ſimilibus prauitas.

Meno. Sed num virtutis præceptores nullos eſſe cenſes.

Socrates. Sæpenumero ſi qui huius ma-

giſtri eſſent, omni ſtudio inueſtigaui, non vnquã inueni, & ſi vna cũ cæteris pluribus atq; ijs, vt videbatur, huius facultatis periti id quæſiui, à bonis enim bona pdiſces. Quod ſi malis adhæſeris, quã habes mentẽ proculdubio perdes. Mulieres quoq; ò Meno, bonos viros diuinos nuncupant, & Laconici quoties bonũ quendam virum cõmendare volunt, Diuinus hic vir aiunt.

Hic enim primũ Anitus diuite, & ſapiente patre Anthemione natus eſt, qui profecto non caſu quodã, aut alicuius largitione opulentus euaſit; quemadmodum nuper Thebanus Iſmenias Polycratis pecunias nactus, ſed prudentia propria atq; vigilantia lucratus eſt, præterea nec ſuperbus ciuis, neq; inflatus, aut difficilis, verũ modeſtus, & frugi, facilis q; vir extitit.

Platonis Alcibiades primus, vel de natura hominis. lib. 5.

Socrate. Recte vero ſe habet, quod ſecundum artem fit.

Nonne ſcis, oportere eos, qui aliquid ducturi ſunt, priuſquã doceãt, intelligere?

Socrates. Non habes quicquam maius quàm iuſtum, bonum, vtile? Alcibiades.

Nequaquam Socrates. Nonne circa hæc etiã aſſeveras aſſeris? Alcib. Aſſero. Socr. Quod ſi etiã? nonne ex ſuperioribus rebus perſpicuum eſt, ꝙ non modo in maximis inſcius es, verumetiã, cũ ſis ignarus, ſcire te putas? Alcib. Videor. Socra. Papæ, ò Alcibiades quo preſſus es morbo? hunc equidem nominare horreſco. Veruntamen cũ ſoli ſimus, dicendũ eſt, in turpiſſima nãq; inſcitia, ò optime verſaris, vt ipſe oratione tua de te arguis. Quãobrẽ prius te ad ciuilia confers, quàm ſis gubernandi peritus. Neq; te ſolũ morbus hic tenuit, verum etiã omneis, qui hãc Rempub. adminiſtrarũt, præter admodum paucos, ac fortaſſe præter tutorẽ tuum Periclem. Alcib. Fertur ò Socrates nõ caſu quodam ſapiens euaſiſſe Pericles, qui multis, ac ſapientib. viris familiariter viſus fuiſſet. Pythoclide in primis, & Anaxagora, & nunc etiã tam grandis natu, ſapientiæ gratia Damone vtitur. Socr. Optima igitur hæc coniectura eſt, quoſdam aliquid noſſe, cum alium quoq; doctum ab ipſis oſtendere poſſunt.

Socrates. Perſarum vero rex adeo excellit, vt nemo ſuſpicetur regem ex alio, ꝙ ex

ipſo genitum eſſe. Anno vero quartodecimo puerum primogenitũ qui ſuccedit in regno, ſuſcipiunt hi quos regios pædagogos appellãt. Sunt hi ꝓfecto electi ex omnibus Perſiæ ætate ſua ꝓcipui quatuor, ſapientiſſimus, iuſtiſſimus, temperatiſſimus, atq; fortiſſimus. Primus aũt docet deorũ cultũ, atq; idẽ tradit inſtituta regia. Secundus admonet, vt in oĩ vita ſit verax. Terti⁹ ne vlla cupidine ſuperetur. Quartus denique, impauidũ illũ, & intrepidum reddit, nequando quippiã metuens, ſeruus fiat.

Si reſpicere velis ad Lacedæmoniorum temperantiam, modeſtiam, facilitatẽ, manſuetudinem, magnanimitatem, moderationem, compoſitionem, fortitudinem, conſtantiam, tolerantiam, victoriæ cupiditatem, & amorem gloriæ, puerum te in his omnibus iudicabis.

Socrates. Ego enim non te tantum, vt rumeriam me diſciplina indigere dico. Nam vnum ſolum eſt, quo à te differo. Alcib. Quid? Socrates. Curator meus melior eſt, & ſapientior quam tuus Pericles. Alcib. Quis hic ò Socrates. Socr. Deus ò Alcibiades.

Socrates.

Socrates. Quare ſi prudẽtia eſt ſeipſum cognoſcere, nullus iſtorum ſecundũ ſuam artem eſt prudens? Alcib. Non vt videtur. Socra. Ob hoc mechanicæ artes iſtæ, non autem boni viri diſciplinæ videntur. Alcib. Prorſus Socr. Nonne rurſus quicunq; corporis curam habet, ſua quidem, nõ tamen ſeipſum curat? Alcib. Apparet Socra. At vero cui pecuniæ curæ ſunt, nec ſe, nec ſua; ſed quæ procul à ſuis ſunt, curat. Alcib. Videtur. Socra. Non ergo ſuis indulget, qui pecunias cumulat. Alcib. Recte. Socr. Quiſquis etiam corpus Alcibiadis amauit vnquam, non Alcibiadem ipſum, ſed quæ Alcibiadis eſſent, amauit. Alcib. Vera loqueris. Socra. Qui vero te amat, amat animum. Alcib. Neceſſario ſequi ex ratione tua videtur. Socra. Nonne tui corporis amator, cum primum ſpecies defloreſcit, abiens deſerit? Alcib. Apparet. At vero qui animum tuum diligit, nunquam deſerit, donec ad meliorem frugem peruenerit.

Socrates. Qui aberrat, an nõ male aget & priuatim, & publice? Alcibia. Quid ni? Socra. Male agens nonne miſer? Alcibiad. Et maxime quidem. Socra. Enimuero & ij, qui-

ij,quibus cũ hæc agit. Alcib. Et hi quoque. Socra. Nemo itaque fœlix eſſe poteſt, niſi ſapiens, bonuſq́; ſit. Alcib. Nemo. Socra. Sequitur vt mali homines miſeri ſint. Alcib. Apprime. Socra. Nõ ergo qui diues ſit, ſed qui prudens miſeriam vitat. Alcib. Videtur. Socr. Quamobrem nec mœnib. nec nauibus, triremibuſq́;, atq; naualib ò Alcibiades, nec multitudine, nec amplitudine, ſine virtute ciuitas ad felicitatem indiget. Alcibid. Nõ profectò. Socr. Si recte ciuitatem gubernaturus es, virtute imbruendi ſunt ciues. Alcib. Quid ni? Socr. Non dare quis poteſt alijs, qđ ipſe nõ habet? Nonne igitur omni Reipub. omniq́; imperio, & dominationi vbi virtus deeſt, contingit, vt male agat? Alcib. Neceſſe eſt.

Platonis Alcibiades ſecundus, vel de voto. lib. 6.

Socrates. Prudentes exiſtimas quicunque agenda dicẽdaq́; cognoſcunt. Alcib. Equidẽ. Socra. Imprudentes eos, qui neutra vident? Alcib. Eos ipſos. Socra. Nonne qui vtraque hæc ignorant ſeipſos latent, & agentes, & loquentes quæ non oportet? Alcib. Apparet.

Inuenie- præterea nonnullos homines, qui filios votis exoptãt: at cum filios adepti ſunt, in calamitates, doloreſq; maximos incidunt. Nam pleriq; cum nati per omnem ætatem improbi perſeuerent, vniuerſam vitam mœrore conficiunt. Qui vero probos filios nacti, aduerſo quodam caſu illis orbantur nihilominus quàm ſuperiores illi miſeri ſunt, vt prorſus eligerent, nunquam ſe filios genuiſſe.

Quare prudēs mihi videtur Poeta ille, qui amicis inſipientib. vſus, dum eos videret & agentes, & orantes quæ illis minime conducebāt, cum tamen eis vtilia viderentur, pro omnibus ſic ait Iuppiter rex, optima quidem nobis & vouentibus, & non vouentibus, tribue. Mala autem poſcentibus quoq; abeſſe iube. Alcibiad. Illud autem cogito, quantum malū ſit hominibus ignorantia quandoquidem propter hanc nos latet, tum male quid agimus. Et quod deterrimū eſt, ob eam peſſima nobis quandoq; precamur, qđ quidē nemo putaret.

Socrates. Prudentemq; ipſum dicemus ſufficientem eſſe ſibi & patriæ conſultorem, imprudentem vero contra,

Socrates. Itaq; nil Troianis proderat, cũ aduerſos Deos haberet, ſacra, ac munera temere illis offerre. Neq; enim eiuſmodi eſt Dei natura, vt ducatur muneribus, quemadmodũ improbus fœnerator. Sed nos nimiũ deliramus, ſi quãdo nos Lacædomijs propter munera acceptiones Deo eſſe ducimus. Etenim graue eſſet, ſi Deus ad donaria & ſacrificia noſtra reſpiceret potius q̃ ad animũ, vtrũ iuſtus, ſanctuſq; ſit Deus autẽ vtpote à muneribus incorruptus ſpernit hæc oĩa. Vnde pſpicuũ eſt, & apud Deum, & apud hoĩes ſanæ mentis iuſtitiã & prudentiã præcipue honorari. Prudentes autẽ iuſtiq; ſunt, qui ſciunt q̃ erga Deum, & hoĩes agere, atq; dicere deceat.

Platonis Minos, vel de lege. lib. 7.

Socrates. Veruntamen opinio quædam lex mihi quoq; videtur, cumq; praua opinio minime ſit, an non perſpicuum eſt, ſiquidem eſt opinio, probam opinionem eſſe? Minos. Conſtat. Socrates. Proba vero opinio, nonne vera opinio eſt? Minos. Eſt. Socrates. At opinio vera, veritatis inuentio. Minos. Certe Socrates. Lex itaq; veritatis inuentio eſſe vult.

Minos. Etenim primo cauendum eſt, nequid in Deum, aut verbo, aut opere ali quando peccemus? deinde nequid aduer ſus diuinos homines. Quin diligenter cauere decet, quoties virum aliquem laudaturus, aut vituperaturus es, ne aberres. Atq; huius gratia in primis curandū eſt. vt bonos, ac malos homines dinoſcamus. deus quippe nimium indignatur, quoties quiſpiā illius ſimilē improbat, aut probat diſſimilem. Dei vero ſimilis eſt vir bonus. Immo ſacratiſſimum omnium eſt vir bo nus, prophaniſſimum contra vir malus.

Socrates. Videtur ne tibi Cretenſes Minois Radamanthiq; ciues antiquiſſimis le gibus vti? Min. Videtur ſanè Socr. Iſti ergo priſcorum omnium legum latores excellentiſſimi fuerunt hominumq; paſtores quemadmodū, & Homerus exercitus ducem paſtorem populi nuncupat.

Platonis Euthyphron, vel de ſanctitate, lib. 8.

Eutyphron. Quod quidem Dijs amicum, ſanctum eſt: quod non amicum vero prophanum. Equidem ſanctum quod dij omnes ament, eſſe faterer: prophanum contra, quod omnes oderint.

Socrates.

Socrates. Quiſquis enim pudore afficitur, atq; erubeſcit, opinionem prauitatis formidat. Euthy. formidat certe. Socra. Haud igitur recte dicitur, vbi timor, ibi pudor, ſed vbi pudor, & ibi timor: neq; tamē vice verſa vbicūq; ibi etiā pudor. Amplior enim (vt arbitror) eſt timoris quam pudoris natura, ſi quidē pars timoris eſt pudor. Euthy. Eam iuſti partem ô Socrates ſanctum, & pium eſſe reor quæ circa deorum curam verſatur, quæ vero ad hominū curam pertinet, reliquā eſſe iuſtitiæ partem.

Philebus Platonis, vel de ſummo bono. *lib.* 10.

Socrates. Omnes ſiquidem ſapientes ſeſe extollentes conſentiunt, intellectum eſſe cœli terreq; regem.

Dictum eſt in cuiuſq; vitæ comparatione virum contemplationi deditum, nihil vlla ex parte vel gaudere, vel angi. Ac forte nil mirum eſſet, ſi vita hæc cæterarum omnium diuiniſſima ſit.

Senſus præterea conſeruationem recte qui memoriā mea ſententia nuncupabit. Mutationes quidem magnæ, voluptates, dolores quæ afficiunt, mediocres autem &

exiguæ, minime.

Iam timorem, deſideriũ, lamentationẽ, amorẽ, æmulationẽ, inuidiã, & hmõi reliqua an non hæc omnia dolores quoſdam, ipſius animæ ponis? Protarchus. Equidẽ. Socra. Nonne dolores hmõi plenos miris quibuſdam voluptatib. inuenire licet?

Inuidiæ nomen paulo ante inductum vtrum dolorem quendam ſignificare cenſes, nec ne? Protarchus. Cenſeo. Socra. Inuidus tamen proximorum aduerſis lætari deprehenditur.

Ignorantia enim potentum, robuſtorumq; hominum, hoſtilis, atque teterrima res eſt, hæc enim & quæcunq; eius ſimilia proximis omnibus noxia, ſin autem imbecillis ignorantia ſit ridiculorum naturam ſubit.

Protar. Horgiam ſæpe audiui dicentem perſuadendi facundiam artibus cunctis præcellere, quippe quæ cuncta non vi, ſed ſponte ſibi ſubiiciat, longeq; omnium artium optima ſit.

Reor equidẽ nihil voluptate, eiuſq; exultatione immoderatius inueniri poſſe, nihil contra, mente & ſcientia moderatius.

Platonis

Platonis Hippias maior, vel de pulcro. li. 11.

Hippias. Veruntamen priſcos homines præferre ſemper recentioribus conſueui; vt & viuentium inuidiam, & defunctorũ indignationem vitarem.

Socrates. Tantum vero Hippia conſuetudine vtrorumq; profeci, vt prouerbium illud dicens. Pulchra difficilia eſſe, intelligere mihi iam videar.

Lyſis Platonis, vel de amicitia. lib. 12.

Socrates. Quicunq; igitur in comparandis amicis ſapiens eſt, nõ prius quenquam eorum laudat, quàm ipſorũ familiaritatẽ fuerit aſſecutus. Futura nanq; formidat. Plerique. n. cũ laudari ſe, & extolli ſentiũt, faſtu tumeſcum Socrates. Poetarũ adminiculis peragendum, hi nanq; nobis tanquã patres, atq; duces ſapientiæ ſunt.

Platonis Theætetus, vel de ſcientia. lib. 13.

Theætetus. Difficile admodum eſt reperire hominem ingenioſum ſimul, & præ cæteris manſuetum, atque virilem.

Socrates. Protogoras inquit enim, Rerum omnium menſuram hominem eſſe.

Maxime enim philoſophi, hæc affectio eſt quæ admiratio dicitur, neq; enim aliud

præter

præter hoc, eſt philoſophiæ principipium.

Socrates. Videntur hi qui in iudicijs & foro ab ineunte ętate reuoluti ſunt, ad eos q̃ i philoſophia, & huiuſmodi ſtudijs aſſue facti ſũt, vt ſerui ad liberos educati fuiſſe.

At impoſſibile eſt, ò Theodore, mala penitus extirpari, nam bono oppoſitum aliquid eſſe ſemper neceſſe eſt. Neque illa tamen apud Deos locum habere poſſunt.

Naturam vero mortalem, regionemq; inferiorem neceſſario circumeunt, quare conandũ eſt, vt hinc illuc quàm celerrime fugiamus. Fuga aũt eſt vt Deo ſimiles pro viribus efficiamur. Deo ſimiles efficit cũ prudentia, iuſtitia ſimul & ſanctitas.

Deus nuſquã, & nullo modo iniuſtus. ſed quàm iuſtiſſimus totã, videlicet iuſtitiæ complexus poteſtatem, nihilq; illius ſimilius quàm iuſtiſſimus homo.

Theætetus. Quod ab aliquo de ſcientia quondã audiui, oblitus, eram. Sed iam reminiſcor, inquit autem opinionẽ veram cum ratione, ſcientiã eſſe ſine ratione, expertem ſcientiæ, & quæ ratione carent, ſciri, nõ poſſe, quæ vero rationẽ habent ſciri.

Socrates. Atque ita quicunq; recte ali-

quid opinantur,cũ tõne opinari videtur,

Ac nunq̃ recta opinio ſine ſciẽtia erit.

Platonis Io,vel de furore poetico, lib.14.

Io, Quamobrẽ ô Socrates,cum aliquis de alio poeta diſſerit, neq; mentem adhibeo, neq; quicquã exiſtimatione dignum coniectare, & conferre valeo. ſed oſcito protinus atq; torpeo. Poſtquã vero Homeri quis mentionẽ fecerit, confeſtim excitor, atque mentem adhibeo, & facultas dicendi ſuppeditare mihi videtur.

Socrates. Omnes itaq; carminum Poetæ inſignes non arte, ſed diuino afflatu omnia iſta præclara poemata canunt. Res enim leuis, volatilis,atq; ſacra Poeta eſt,neq; Poeta prius canere poteſt, quàm Deo Plenus, & extra ſe poſitus, & à mente alienatus ſit. Nam quàm diu mente quis valet, neque fingere carmina neque dare oracula poteſt.

Sophiſta Platonis vel de eo quod eſt, vel de Ente. lib. 15.

Socra. Inquit.n.Homerus,cũ deos alios tum maxime hoſpitalẽ Deum inter hoĩes, qui iuſti pudoris particeps ſunt, verſari.

Hoſpes Eleates. Ratio itaq; nunc oſten-

dit ſophiſtam nihil aliud eſſe quàm artificem quæſtus gratia cõtentioſum, cõtradictionibus ambigentem in pugnando certantem lucri præ cæteris ſtudioſum.

Ignorantia quidnam eſt dementia quædam animæ, quæ dum ad veritatem nititur intelligentia ipſa præuaricatur.

Theætet⁹. Omnino Hoſpes. Animã igit ignorantẽ inconcinnã, atq; deformẽ vocare decet. The. Videt̃. Hoſp. Sunt ergo duo hæc malorũ in anima genera. Vnũ cõiter improbitas nominatur, qui animæ procul dubio morbus eſt Theætetus. Eſt Hoſp. Alterum ignorantiam quidem nuncupant, prauitatem vero animæ hanc eſſe confiteri volũt. Agere ſumamus quàm varias præ ſe formas ſophiſta iam tulerit. Prima inueſtigatione apparuit iuuenum, ac diuitum mercenarius eſſe venator. ſecunda, mercator quidã circa animi doctrinas tertia, circa hæc eadem caupo. Theæ. Quarta vero circa doctrinas ſuorũ venditor inuẽtorũ.

Hoſpes. Quærebam vtrum hominum quiſpiam ſcire oĩa poſſit. Theætetus. Beatum profecto Hoſpes, genus noſtrum eſſet. Hoſpes. Et hac Ens definitione deſcri-

bo nihil aliud quàm potentiam eſſe.

Philoſophus autem entis ipſius ideæ ratiocinatione ſemper inhærens, ob regionis illius ſplendorem, haud facile cernitur. Nam vulgarium animarum oculi diuinitatis radios ſuſtinere non poſſunt.

Sophiſta inquam eſt qui in ſermonibus cōtradicere ſibi ipſi diſputātē cogit, qui & ironici pars eſt, ab imitatore opinioſo veniēs, phātaſtici itē generis ab imaginaria facultate profluens, nō diuinæ, ſed humanæ effectionis determinata progenies ex eorūq; numero, q verbis quaſi quibuſdā præſtigijs mirum in modū decipiūt auditores. Theætetus. Ita prorſum dicendum.

Platonis ciuilis, vel de regno. lib. 16.

Hoſpes Arithmetica porrò, aliæq; non nullæ huius perſimiles ab actione liberæ ſunt, cognitionē vero tantū exhibēt. Vtrū ciuilem, Regem, Dominum, patrem familias eundem eſſe volumus? An totidem artes in his, quot & nomina ponimus? Immo hac ſequere me. Socra Qua? Hoſpes. Hac inquam. Siquis priuatus publico medio ſufficienter conſulere poteſt, nonne neceſſe eſt eiuſdē artis hūc nomine nuncupari,

cupari, quo & ille, cui conſulit? Socra. Certe. Hoſpes. Quid porrò. Siquis priuatus regem ciuitatis admonere, & inſtruere poteſt, non neſcientiam illam habere dicetur, qua pollere qui regit debebat? Socra. Dicetur. Hoſpes. Antiqui veri regis ſcientia, regia diſciplina eſt. Socrates. Eſt. Hoſpes. Quiſquis eà præditus eſt, ſeu publico fungatur munere ſiue priuatus viuat, omnino ſecundum hanc peritiam regius merito nuncupabitur. Socra. Merito. Hoſpes. Enim vero paterfamilias, & dominus idẽ. Igitur vna, quod pauloante inquirebamus, horum omnia ſcientia eſt. hanc ſeu regiam quis, ſiue ciuilem, ſeu familiarem nominet diſciplinam.

Arduum eſt ò beate abſque exemplis res magnas ſufficienter oſtendere. An nõ monarchia, ideſt principatus vnius, vna quædã eſt gubernationum ciuilium? Socrates. Eſt. Hoſpes. Poſt hãc paucorum potentiam ponere poſſumus. Socrates. Sanè. Hoſpes. Tertiam vero multitudinis gubernationem, quam popularem vocãt. Temperatorum enim principium, mores cauti ad modum, & iuſti, & ſalutares.

Socrates. Sed cauendum eſto amicæ ne dū laudat ſophiſta quę vēdit nos decipiat, vt faciūt q corporis epulis vendunt mercatores, quidā, & caupones. Laudant illi quidē ſua omnia, neq; intelligunt vtrum ſalubria ſint, an noxia corpori quæ vendunt. Idque ignorant & illi, qui emunt. Si ergo intelligis ipſe q d ex his pſit, quid ve obſit, tuto emere diſciplinas & à Protagora, & ab alio quouis potes. Alioqui caueto beate adoleſcens, ne in ſummū iactura diſcrimē quę tibi cariſſima ſunt, deducas. Nā longe grauius periculū eſt in diſciplinis quàm cibis emēdis. Etenim qui eſculentia emit, & poculenta, poteſt antequā his veſcatur in alijs qu buſdā vaſculis illa domū deferre, ibiq, depoſita diligenter examinare, & aduocato aliquo iſtarum rerum perito, quid edendum, bibendumve ſit quid non, quantumq; & quando deliberate. Quamobrem haud grauè eſt in emendo periculum. Diſciplinas autem nō licet in alio vaſe transferre, ſed neceſſe eſt vt q emit eas, animo capiat & reluto precio, abeat, intra ſe ferens, in quantumq; iam

vel ad meliora prouectius. Hæc itaq; diſcu tiamus, iuniores nanq; nos ſumus quàm exigat tantæ rei iudicium.

Protagoras. Nam cum primū puer q̄ dicunt intelligit, nutrix, mater pedagogus, pater ad hoc oī cura, ſtudioq; cōtendunt vt in ſingulis tum verbis, tū operibus optimus puer euadat. ſingulatim. n. monſtrāt quid iuſtū, quid iniuſtū, quid honeſtū, q̄d turpe, quid ſanctū, quid vē prophanum. quæ agēda ſint, quæ nō. Quibus ſi obtemperat puer, bene ſecū agi putāt. ſin contra renititur, eum veluti cōtortū, obliquumq; lignum minis, plagiſq; dirigunt. Poſt hæc ludi magiſtris pueros curandos tradunt, bonorumq; morum diligentiā multo magis, quā literarum, citharæ quæ doctrinā à magiſtris expoſcunt. Scholis aūt egreſſi à magiſtratibus leges, iuraq; diſcere, eorumq; exēplo viuere coguntur, nequid ipſi proprio ingenio freti temere agant. Cū igitur talis, tantaq; ſit virtutis tam priuatim, quàm publice cura, an dubitas adhuc ò Socrates, miraviſq; ſi virt⁹ doceri queat: Neque vero mirari hoc quiſquam debet, immo multo magis ſi doceri non poſſit.

Gaudio afficitur ille, qui diſcendo, & cõtemplando ipſa intellig͂etia delectatur.

Voluptate perfunditur, qui dum comedit, vel alio quodam oblectamento potitur, ipſo ſenſu corporis delectatur.

Videtur enim mihi diſputatio de rebus poeticis per ſimilis eſſe conuiuijs imperitorum, plebeiorumq; hominũ, qui cum propter inſcitiam nequeãt inuicẽ propria voce, ſuiſq; ſermonib⁹ colloqui, mercede exhibita tibicinas introducũt, & aliena voce, hoc eſt tibiarum ſtatu conuiuium tranſigunt. Vbi autẽ boni, præclariq;, & eruditi viri conueniunt, neq; tibicinas, ibi, neq; ſaltatrices, neq; cantatrices vllas videbis. ſed eos ꝓprie voce, remotis his nugis, iocisq; conuiuiũ celebrare, & alterius interrogationibus, reſponſionibuſq; moleſte diſſerere, etiam ſi vinum abunde biberint.

Socrates. Quod vero dicitur ab affectibus ſuperari, nihil eſt aliud quàm inſcitia & quod dominari, ſapientia.

Platonis Euthydemus, vel litigioſus. li. 18.

Clinia. Felicitatem inquã, hoc eſt rerũ cõſecutionem ad votum, quã vel imperitiſſimi hoĩes ſummũ bonum nuncupant.

Socra.

Socra. Siquis diuitias, & bona q̃ diximus oĩa nactus, nequaq̃ vtatur: nunquid erit ipſe bonorũ poſſeſſione beatus? Cli. Minime, ò Socrates. Socra. oportet itaq; illum inquã q̃ beatus futurus eſt, nõ ſolũ bona huiuſmodi poſſidere, ſed vti. Nihil.n. ſola poſſeſſio iuuat. Cli. Vera loqueris. Socra. Num poſſeſſio vſuſq; bonorũ, ò Clinia, ad beate viuendũ ſufficit? Cli. Mihi q̃dẽ videt̃. Socr. Vtrũ ita dicis, ſi modo q̃s recte vtat̃, an etiã ſi nõ recte? Cli. Si recte. Socr. Probe loqueris, poſtquã beati eſſe affectam⁹ oẽs. Beati aũt efficimur (vt apparuit) ex eo q̃d̃ reb⁹ vtimur, & recte vtimur, rectitudinẽ vero vſus, & cõſecutionis proſperitatẽ ſcientia præbet. Cæteris oĩbus prætermiſſis omni ſtudio niti quiſq; debet, vt quã ſapiẽtiſſimus fiat. nõne? Clin. Certe. Soc. Exiſtimare igitur debet quiſq;, hoc potius expetendũ à parentibus, quàm multarum pecuniarũ hæreditatẽ. A tutoribus præterea, & amicis, tum alijs, tum vel maxime ab illis, qui in amore ardentiores eſſe prædicant, ſiue hoſpites ſint, ſeu ciues. Neque turpe eſt, neq; ab horrendum ò Clinia, conſequendæ ſapientiæ gratia, ſeruire cuilibet, & ho-

neſtis

neſtis obſequijs vnicuiq; morem gerere. Idemne & tu ſentis? Cli. Idem omnino. Probe enim loqui videris, ſi modo inquã doceri ſapientia põt, neq; forte hominib⁹ aduenit. Socr. O amice Crito. An ignoras in quouis ſtudio viles & nullius pretij homines permultos eſſe, ꝓbos vero paucos? eoſq; maximo in pretio habendos eſſe?

Hippias Minor. Platonis, vel de Mendacio. lib. 19.

Socrates. Quæ n. natura ipſa rerum ſit, neſcio, qđ hinc maxime cõiectare licet. q. a quoties cum aliquo veſtrũ loquor qui opinione excellitis ſapiẽtiæ, teſteſq; doctrinę, græcos omneis habetis ſcire nihil appareo, nunq̃. n. idẽ mihi (vt ita dixerim) ac vobis videt. Quod aũt euidẽtius eſt inſcitię argumentũ. q̃ ſi quis à ſapiẽtib. viris diſſentiat. Mirificũ tñ hoc habeo bonũ quid me ſeruat, qm̃ ſine rubore verecundiæ ad dicendum me præparo. Rogo autẽ, ac ſciſcitor, gratiamq; ingentem habeo reſpondenti, nec vlli vnquam ingratus exiti. Neque apud auditores vnquam vendicaui mihi aliorũ inuenta. Sed docentẽ laudibus ſemper extollo, illiq; quæ ſua ſunt, tribuo.

Charmides Platonis, vel de temperantia. lib. 20.

Critias. Fermè namq; hoc ipſum tempe-rantiā eſſe arbitror, ſeipſum cognoſcere, illud aſſentior, qui præceptū hoc templo Apollinis ipſius inſcripſi. Atqui videtur hæc inſcriptio, tanquā Dei ſalutatio quædam ad homines, qui templū ingrediuntur, loco eius, quæ gaudere iubet. Quaſi nō probe dicatur, gaude, neque libere hoc inuicē deceat, ſed temperate potius viuere. Ita hoīes templū ingredientes ſingulari ſententia Deu alloquitr, aliterq; homines nō ſalutat, vt ſenſit ille meo iudicio, q inſcripſit. Et ingrediēti nihil p̄cipit aliud, quàm viuere tēperate. Verū obſcuris hoc præceptum verbis tanquam vates inſeruit. Quippe cognoſce teipſum, idem eſt, quod temperate viue; vt literæ teſtantur.

Platonis Laches, vel de fortitudine. lib. 21.

Lyſimachus. Neq; agendum putamus quod multi ſolent, q filios ſuos, cum primum adoleuerint, ad propriā ſinunt libidinē viuere. immo vero tunc ſtudium diligentius adhibendum. Cum ita que adeſſe nobis filios videamus, iudicamus vos

præ cæteris cogitaſſe, qua ratione educandi ſint, vt optima fiant.

Socrates. Siquis autem nos irriſerit, ꝙ tam grandes natu præceptoris ludum ingredi ſtatuamus, Homeri illud obiiciẽdū: ait enim, Viro egeno verecundiam non conferre. Quamobrem ſpretis omnibus detractorum verbis, communem noſtri, adoleſcentumq́; curã ſuſcipiamus. Lyſimachus. Placent mihi quæ loqueris Socrates; ſtatuoq́; quo ſenior ſum, eo ſtudioſius vna cum adoleſcentibus diſcere.

Clitipho Platonis, vel exhortatorius lib. 22.

Clit. Equidem tecum verſatus ſæpenumero Socrates, vehemẽter obſtupui, dum te loquentẽ audirem: mihiq́, viſus es præclariſſime omnium dicere, quoties obiurgans homines, veluti ſuper machinamentum quoddã tragicum, quaſi Deus exclamares. Quoniam ruitis homines? Neſcitis quò feramini, neq; opportunum quic quam agitis, qui omni ſtudio pecuniis cumulandis incumbitis: filios aũt, quibus eas relicturi eſtis, negligitis: neq; vt illis iuſtæ vti ſciãt, eos iuſtitiæ ꝑceptoribus, cõmendatis, qui doceãt iuſtitiã, ſi doceri poteſt,

teſt, & ſi exercitatione, & conſuetudine, comparanda eſt, diligenter exerceant. Neque vos etiam ipſos curaſtis vnquam.

Platonis Cratylus, vel de recta nominum ratione. lib. 23.

Socrates. O Hipponici fili Hermogenes, veteri Prouerb. fertur, Pulchra eſſe, cognitu difficilia. Atqui & nominum intelligentia haud parua res eſt. Videnť vtiq; mihi Græcorũ priſci Deos ſolos putaſſe eos, quos etiam his temporibus barbarorum plurimi arbitrantur. Solem, Lunam, Terram, Stellas, Cœlum. Cum ergo hæc omnia perpetuo in curſu eſſe conſpicerent, ab hac natura thin, ideſt currendi, theus, ideſt Deos, nominaſſe videntur.

Anthropos, ideſt homo, nomẽ ex verbo cõſtitutũ. ita nomẽ illud ſignificat: quòd cætera animalia quæ videt, nõ conſiderãt, neq; animaduertunt, neq; cõtemplantur. Homo autem & videt ſimul, & contemplatur, animaduertitq; quod videt. Hinc merito ſolus ex omnibus animantibus Anthropos eſt nuncupatus, quaſi anathron, ideſt contemplans. & opope quæ opope, id eſt vidit.

Nomen

Nomen eſt imitatio vocis, qua quis aliquid imitator, per vocem imitatur & nominat. Ad eſt rebus vox, & figura colorq; plurimis. Mihi quidē & illud placet, vt nomina quoad fieri poteſt: eius ſimilia ſint.

Gorgias Platonis, vel de Rhetorica, lib. 24.

Polus. O Chærepho, multo quidem artes inſunt hominibus ex peritia peritè adinuentæ. Peritia enim efficit vitam noſtrā per artē incedere. Imperitia enim per fortunam circum vagaris harum vero ſingularum participes ſunt alij: aliarum aliter, optimarum vero optimi Quorum ex numero hic eſt. Gorgias arte pulcherrima præditus.

Socrates. Arbitror equidem te cantilenam illam, quæ circum cōuiuijs canitur, audiuiſſe: in qua cantores ita connumerant. Optimum quidem eſſe bene valere. ſecundo loco eſſe formoſum tertio habere diuitias (vt verbis Poetæ ipſius vtar) nulla fraude quæſitas.

Nihil enim tantum eſſe malum hominibus arbitror, quantum eſt opinio falſa, in his videlicet rebus, de quibus præſens à nobis ſermo eſt inſtitutus.

Neque

Neque artē eam eſſe dico, ſed peritiam quandā quoniam nullam habet rationē eorum, quę affert, qualia natura ſint. Ego vero nō appello artē, quod caret ratione.

Polus. Siquidem externa nuperq́; geſta manifeſte declarare poſſunt, iniuſtos plerosq́; eſſe felices. Socrates. Quæ nam iſta? Polus. Archelaum Perdiccæ filium Macedoniæ dominantem vides? Socrates. Et ſi non video, ſaltem audio. Pol. Felixne tibi videtur, an infelix? Socra. Neſcio equidē ò Pole, nunquam enim apud ipſum fui.

Polus. Quid autem ſi eius cōſuetudinē habuiſſes, iam cognoſceres, aliunde vero felicitatē ei⁹ nō potes cognoſcere. Socra. Nō per Iouem. Polus. Cōſtat igitur ò Socrates ſimiliter te dicturū ignorare, utrū magn⁹ Perſarū rex ſit felis. Socrates. Et vera quidē dicā. ignoro.n. quo pacto ad eruditionē, iuſtitiāq́; ſe habeat. Pol⁹. Nunquid in hoc tota beatitudo conſiſtit? Socrates. Certe vt ego dico ò Pole, aſſero.n. honeſtū, bonumq́; virū, & mulierē eſſe felicem. in iuſtū vero, & turpem eſſe miſerum. Pol. Miſer ergo ſecundū tuū ſermonē eſt Archelaus. Soc. Nimiū ò amice, ſi iniuſtus.

Socrates.

Socrates. Quippe cum punitio moderetur, iuſtioreſq; efficiat, tanquam medicina quædam improbitatis.

Callicles. Videtur autē mihi. Pindarus. Hęc eadem in quodam cantu oſtendere, vbi Legem ait omnium eſſe reginam mortalium, atque immortalium, eamq; ius agere violenter præpotenti manu.

Socrates. Cenſeo, neque illum; qui alicuius ſufficiēter probatur⁹ ſit anima vtrū illa quidem recte inſtituta ſit nec ne, tria potiſſimū habere, quę ipſe habes oīa: ſcientiam primo, deinde opinionem, prudētis ſcilicet, atq; beneuoli, tertio audaciā. Nam multos quidem reperio, qui me propterea recto examine probare nō poſſunt, quòd ſapientes nō ſunt, quemadmodum tu eſſe videris; alij vero ſapientes quidem ſunt, ſed veritatem mihi dicere nolunt, ex eo, ꝙ mei curam non habent, vt tu habes. Peregrini vero iſti. Gorgias, & Polus quidem ſapientes ſunt, meq; diligūt verū deeſt eis audacia, verenturq; vltra quàm oporteat.

Socrates. Nempe omnes his verbis, quæ ſuis moribus conſentanea ſunt, delectantur, diuerſiſq; turbantur.

Nam

Nam mori quidem nullus formidat,niſi omnino rationis expers,atque ignauus. iniuſte autem ſe gerere aliquis formidat. Multi.n peccatis refertā animā ad inferos deſcēdere,extremum omniū eſt malorum.

Qui autem extrema iniuſtitia detinentur, ac propter eiuſmodi delicta ſunt inſanabiles,ex his exempla ſumuntur.Sed proſunt dúntaxat alijs per exemplum,qui eos intuentur propter peccata maximis, acerbiſſimisq;, & terribiliſſimis pęnis omni tēpore cruciatos.tanquam exemplum monimentumq;, & ſpectaculum apud inferos in carcere præbētes iniuſtis omnibus, qui ad ea loca deſcendunt .

Arbitror autem in eorum numero, qui ſolum exempla tradunt plurimos eſſe tyrannos,reges , potentes ciuitatū gubernatores:quippe cum hi ob ipſam peccandi licentiam grauiſſima prophaniſſimaq; peccata committant . Atteſtatur autem nobis Homerus,qui reges , & potentes inducit apud inferos omni tempore cruciatos. Nempe arduum eſto Callicles , ingentiq; laude dignum , vt quis in magna peccandi licentia conſtitutus iuſtam tranſigat

vitam, paucique tales reperiuntur. Plures aut ò vir optime potentũ improbi ſunt. Idq; viro præ cæteris omnibus meditandum, non vt bonus quidem videatur, ſed vt re vera ſit bon⁹ publice, atq; priuatim.

Platonis conuiuium, vel de amore, lib. 25.

Phædrus. Magnus eſt Deus Amor, & apud Deo hominesq; mirandus, cum propter alia multa, tum maxime propter eius originẽ. Sed Heſiodus principio chaos extitiſſe his verbis aſſerit. Terra ampla ſtabiliſq; ſemper omniũ ſedes, atq; Amor. Poſt chaos videlicet aſſerens duo hæc extitiſſe, terram, atque Amorẽ. Parmenides autẽ de generatione illius, inquit, Ante Deos omneis primum generauit amorẽ. Duo quidem ſunt, quæ à pueritia per omnẽ vitam ducere illum debẽt, qui ſit præclare victurus in rebus turpibus verecundia, in honeſtis ſtudium. hæc autem nobis neque genus, neque diuitiæ, neque honores præſtare citius ac melius quam amor poſſunt.

Nec nullus adeo ignauus eſt, quẽ amor non inflammet, & ad virtutem diuinum reddat, vt viro fortiſſimo par euadat.

Pauſanias. Neminẽ profecto latet abſq;

amore

amore Venerem nunquam eſſe. Quare ſi vna eſſet Vnus, vnus & Amor. Quoniã vero duę ſunt Veneres, geminum quoque amorem eſſe neceſſe eſt. Geminam autem deã hanc eſſe, quis negeț? Nonne vna quædã antiquior eſt, & ſine matre Venus cœlo nata, quam cœleſtem Venerẽ nuncupamus. Altera vero iunior è Ioue, & Dione progenita, quam vulgarem communemq; vocamus; Neceſſarium itaq; Amorem Veneris illius comitem, cœleſtẽ vocari, huius vero vulgarem Prauus autem eſt amator ille vulgaris, qui corpus magis q̃ animã amat. Neq; ſtabilis eſt, cum rem ſequatur minime ſtabilẽ. Bonorũ vero morum amator per oẽm vitã in amicitia pſeuerat, vtpote qui rem ſtabilem ſectabatur.

Agatho. Quapropter & iuuenis eſt, & tenet præ cæteris amor: quin etiam aquæ inſtar liquidus eſt, & lubricus. non enim vndiq; per omnem animam circunfluere poſſet, & clam influere, & effluere, clam, ſi durus, ac frigidus eſſet. ubicunque uero floridus, & odorifer eſt locus, gratiſſimo cõquieſcit. Amor nec iniuriam infert Deo uel homini, nec à Deo uel homine iniuriã

 patitur,

patitur.nō.n.ipſe vi patitur, ſi qd pati'ur. Nā violētia nō tangit amorē,neq; vi facit, ſiquid facit. Quiſque.n.ſponte amore in ſingulis patet. Siquidē inter oēs conuenit tēperantiā eſſe libidinibus, & voluptatib. dominari, nullamq; voluptatē eſſe amore potentiorē.Quòd ſi voluptates oēs amore imbecilliores ſunt, ab illo vtique ſuperantur. Amor itaque quoniam libidinibus, & voluptatibus dominatur, mirum immodum eſt temperans. Quòd ad fortitudinē præterea, neq; Mars quidem Amori reſiſtit. Neq;.n.Mars amorem, ſed Amor Veneris, vt fertur, Martem detinet. Potentius autē eſt quod detinet, quàm quod detinetur. Qui vero cæterorum fortiſſimo dominatur, omnium abſque dubio fortiſſimus eſt iudicandus. Quilibet enim licet antea rudis, Poeta euadit, cum primū amor afflauerit. Ex quo peiſpicue conectare licet Amorem, peritum eſſe Poetam omneisq; ſummatim muſicos, poeſis numeros continere. Artium præterea facultatem nonne ab hoc deo tradi videmus eumq; hominem, cuius hic eſt præceptor quauis in arte præcellere, clarumq; euadere? cōtra ve

ro, cum qui ab amore non tangitur, in obſcuro iacet? Sagittandi namq;, medendi, & diuinandi peritiam appetitu, atq; Amore duce inuenit Apollo, qui eſt Amoris diſcipulus. Ita mihi videtur ò Phædre amor ipſe primum pulcherrimus optimusq; eſſe, deinde talia quædam cæteris quoq; largiri. hic Deus eſt qui pacem largitur hominibus, qui mari tranquillitatem, qui ventis requiem. Manſuetudine quidē porrigens, exterminans feritatem. beneuolentiæ largitor, maleuolētię oīs expulſor beneficus, ſpectādus ſapientib. dijs placidus, exoptandus expertibus, & deſiderij pater. Bonorū ſtudioſus, malorū ſpretor. In labore, in timore, in deſiderio, ī ſermone gubernator. præfectus, adiutor, ſeruatorq; præcipuus.

Socrates. Vobis conuiuæ referam ſermonem de Amore, quem olim accepi à fatidica muliere Diotima, illa me in amatoria facultate inſtruxit. Ad quam ego tunc quid ais ò Diotima inquam? Turpis ne igitur, ac malus eſt Amor? Dio. Dic melior a quæſo, an putas neceſſarium eſſe vt quia quid pulchrum non eſt, ſit turpe? Socrates. Maxime. Diot. Et quod non ſapiens

ignorans? An non aduertiſti eſſe quoddã ſapientiæ, & ignorantiæ medium? Socrates. Quid iſtud? Diot. Recte opinari, hoc eſt veri abſque certa ratione participem eſſe hoc ſiquidem neque ſcientia eſt. Nam ſine ratione ſcientia nunquam, neq; ignorantia rurſus. Quod enim veri compos eſt, ignorantia non vocatur huiuſmodi quidam eſt opinio recta inter ſapientiam, & ignorantiam medium. Socrates. Vera narras. Dio. Ne cogas igitur quod pulchrũ non eſt, eſſe turpe, quòdue non bonũ, eſſe malũ. Eadem ratione quamuis amorem, neque pulchrum, neque bonum eſſe cõcedas, nõ tamen putare debes turpem neceſſario eſſe, vel malum, ſed inter iſta mediũ. Socrates. At vero in hoc oẽs conſentiunt magnum eſſe Deum Amorem. Diot. Eſt Amor appetitio, qua bonũ ſibi ſemper eſſe quis cupit. Quando quidem Amor eſt appetitio, qua bonum ſibi quiſque ſemper adeſſe deſiderat. Ex his concluditur amorem immortalitatis quoque deſiderium eſſe. Maxima vero, & omnium præſtantiſſima prudentia eſt, qua ciuilia, & domeſtica gubernantur. Cuius nomen

eſt

eſt temperantia, atque iuſtitia. Quiſquis virtutum huiuſmodi natura plenus eſt, & grauidus, ideoq; diuinus. Socrates. Tunc ſanè mentis oculus acute incipit cernere, cum primum corporis oculus deflorescit.

Phædrus Platonis, vel de Pulchro, lib. 26

Socrates. Mihi vero ad hæc ocium non eſt ob eam ò amice cauſam, quia nondum queo ſecundum Delphicum præceptum me ipſum cognoſcere. Ridiculum igitur puto, cum mea ipſe ignorem, aliena perſcrutari velim.

Nam amatores cum primum libidinē expleuerunt, collat beneficij pœnitet.

Qui autem abſque furore Muſarū poeticas ad fores accedit, confidens arte quadam Poetam ſe bonum euaſurum, inanis ipſe quidem.

Quamobrem ò amice, quicunque veritatem ignorat, & opinionibus ducitur, dicendi quoque facultatem, vt videtur, inertem exhibet, atque ridiculam.

Quippe ſi tibi Natura, vt ſis orator tribuerit, accedente doctrina & exercitatione, excellens eris orator: ſi quid vero tibi horum defuerit, mancus eris.

O amice Pan,& alij omnes, qui locum hunc colitis dij,date mihi vt pulcher intus efficiar,& quæcunq; extrinſecus habeo, intrinſecus ſint amica. Diuitem aũt,ſapientẽ ſolum exiſtimem. Tantũ vero mihi ſit auri, quãtũ nec ferre, nec ducere queat alius niſi vir temperãs. Nunquid aliud orandũ cenſes,ò Phædre?mihi.n.ſatis eſt optatum.

Socratis Apologia per Platonem,lib 27.

Socrates.Sed id ipſum conſideretis,huc mentem adhibeatis iuſtane, an iniuſta dicam hoc enim iudicis officium eſt,Rhetoris autem officium, vera loqui:

Reſpondeo vtiq; vobis, ò viri Athenienſes.diligo vos equidem,atq; amo, Deo tamen parere malo quàm vobis.

Nihil.n.ob aliud gentes circumeo, quã ſuadens iunioribus,ſenioribuſq; veſtrum, neque corporum,neque pecuniarum, neque aliarum omnino rerum curam prius vehementiusq; quàm animi habendã eſſe vt quàm optimum ſit, docens non ex pecuniijs virtutem, ſed ex virtute pecunias, aliasq; bona omnia,& priuatim, & publice hominibus prouenire.

Id profecto veriſſimum eſt, & hoc me

perimet,

perimet, ſiquidem perimat nõ Melitus neque Anytus, ſed multorũ calumnia & inuidia quæ quidẽ alios quoq; viros bonos peremit hactenus, & (vt arbitror) perimet.
Crito Platonis, vel de eo, quod agendum, lib.28.
Socrates. Nam ego is ſum non modo nunc, ſed & ſemper, qui meorum nulli paream, præter quam rationi, quę ratiocinanti mihi optima videatur.

Nõ igitur ò Vir optime admodum nobis curandum eſt, quid de nobis multi loquantur. ſed quid dicatis vnus, qui intelligit iuſta & iniuſta, atq; ipſa veritas. Atq; ſi appareat nos iniqua agredi, ne excogitandum quidem id eſt: ſed manſuete ſubire decet & mortem, & quoduis aliud ſuppliciũ prius, quam quicquam agamus inique.

An putas ciuitatem vllam amplius ſtare poſſe, ac non ſubuerti, in qua judicia publica nullam vim habeant?

Vi autem vti nefas eſt, vel contra matrem, vel contra patrem, maxime vero omnium contra patriam.
Phædo Platonis, vel de animi immortalitate, vel de anima. lib.29.
Socraees. Veruntamen id mihi ò Cebes,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

bes,recte apparet dictum, Deos quidē curā habere noſtrū nos vero homines vnam quandā ex poſſeſſionibus eſſe Deorum.

Nonne & temperantia, cuius plerique aiunt officium eſſe, nequaquā proſternere ſe libidinibus ſed paruipendere illas, modeſtiamq; ſeruare, his duntaxat conuenit; qui corpus deſpiciunt maxime, atque in philoſophia viuunt.

Eſt certè ò Cebes maxime omnium ita, vt mihi videtur: neque nos hæc ipſe quaſi decepti confeſſi ſumus, ſed re vera reuiuiſcentia eſt, atq; ex mortuis viuētes fiunt; Mortuorūq; ſuperſunt animæ, atq; bonis quidem melius eſt, malis vero peius.

At mihi neque hæ aues præ dolore videntur canere, neque cycni: ſed quia phœbo ſacri ſunt, vt arbitror, diuinatione præditi præſagiunt alterius vitæ bona. ideoq; cantant alacrius, geſtiuntq; ea die quàm ſuperiori tempore. Atque & ego arbitror me cygnorum eſſe conſeruum, eidemq; Deo ſacrum.

Odium quidē cōtra homines tūnc maxime ſubit, quādo alicui nimiū credimus abſq; arte, putamuſq; ipſum omnino verum,

rũ,& ſyncerũ, fidũq; virũ eſſe deinde vero mox prauum, infidumq́, deprehendimus.

Nam graue periculum fore putandum eſt, ſi quis neglexerit animã. Si enim mors totius diſſolutio eſſet, nimirum improbi lucrarentur, cum & à corpore, & ab eorũ prauitate cum anima liberarentur. Nunc autem cum anima immortalis appareat, nulla ſupereſt malorum declinatio, nulla ſalus, niſi vt optima, & prudentiſſima fiat. Nihil enim aliud cum migrat ad Manes anima ſecum transfert, præter eruditionẽ, atque educationem.

Qui vero ob ſcelerum magnitudinem. inſanabiles eſſe videntur qui vel ſacrilegia multa, & magna, vel cædes iniquas, vel alia horũ ſimilia perpetrauerint hos omnes conueniens ſors mergit in tartarum, vnde nunquam egrediuntur.

Qui autem piæ præ cæteris vixiſſe inueniuntur, hi ſunt, qui ex his terrenis, tanquam è carcere ſoluti, atque liberati, ad altiora tranſcendunt, puramq; ſupra terram habitant regionem.

Platonis Menexenus vel de Attica Antiquitate, lib. 30.

Socrates.

Socrates. Videtur Menexene, apud plurimas gentes pręclarũ eſſe in bello occũbere. etenim qui ſic è vita migrat, funere, & ſepulchro magnificẽtiſſimo honorať. & ſiue pauꝑ q̃s ita decedat, laudatione nõ caret.

Reſpublica enim, hominum educatio eſt bona quidem bonorum, contrariorũ vero contraria. Quicunque ſapiens aut bonus habetur, dominatur, & imperat.

Oportet igitur vos verborum noſtrorum memores, ſiquid aliud exercetis, cum virtute exercere. ſcientes abſque virtute exercitationes, & poſſeſſiones omnes turpes malasq; eſſe. Diuitiæ nanq; ſplendorẽ afferunt nullum, eas cũ ignauia poſſidẽti.

Neq; forma corporis, atq; robur timido ac prauo cũ inſunt, decorẽ præſtãt. Præterea ſcientia quæuis, remota iuſtitia, aliaq; virtute. nõ ſapiẽtia ſed calliditas eſſe videť.

Ita vero maxime nos quidem ſuperabimur, vos autem ſuperabitis, ſi ea ratione vitam inſtituetis. vt Maiorum gloria non abutamini. neque eam, vt ita dixerimus, expẽdatis, erogetisq; ſciẽtes viro aliq̃d eſſe exiſtimãti, nihil turpius poſſe accidere. quã ſeipſum honorãdũ nõ propria ob virtutem,

tutem,

tutē, ſed propter gloriā ſuperiorē debere.

Gloria enim parentum natis præclarus eſt magnificusq́; theſaurus.

Omnia vere mortali viro ad votum in vita ſuccedere, haud facile eſt. At qui ſi ſortem forti animo tolerabunt, videbuntur re vera fortium filiorum parentes, ipſiq́; fortes eſſe ſinautem dolori ſuccumbent, ſuſpicionem hominibus inferent, ne forte aut parentes noſtri minime ſint, aut qui nos laudibus efferunt, mentiantur.

Hic optime vitam inſtituit, hic temperans eſt, hic fortis, hic prudens hic ſiue pecunias nanciſcatur ac filios, ſiue amittat, Prouerbio ſemper parebit. Nunquā enim nimis aut letitia exultabit, aut dolore deiicietur, propterea quòd ipſi pareat tales eſſe, & noſtros debere iudicam⁹, & volumus.

Reipublicæ Platonis. vel de iuſto, lib. 3 1.

Dialogus primus.

Socrates. At qui inquam ego ò Cephale, valde quidem delector ſenilibus ſermonibus. videtur enim mihi audire ab his oportet, qui viam aliquā iam perfecerint. quæ & nobis fortaſſe peragēda erit quam aſpera & difficilis, vel quam facilis ſit.

Et

Et cū Sophocle nonnunquā ſui Poeta, qui cum à quodam. quonā pacto in Venereis ſe haberet, interrogaretur, & an poſſet mulieribus admiſceri, ille reſpondit. Bona verba quæſo, ò amice, libentiſſime hæc tanquā furioſum, agreſtēq; dominū aufugi.

Quemadmodum enim, & Poeta poemata ſua, & filios, patres diligunt eodem modo qui acquiſiuere pecunias, illis ſtudent tanquam operi ſuo, non ad vſum neceſſitatemq;, vt alij. Ex quo difficilis eorū eſt familiaritas, cum nihil aliud, præter diuitias laudare velint.

Qui autem nullius iniuriæ ſibi cōſcius eſt, huic iucunda ſpes ſemper adeſt, optima ſenectutis nutrix, quemadmodū Pindarus ait. Scite nanq; ille ò Socrates iſtud cecinit, Quicunq; videlicet iuſte ſanctēq; vitam exigit, dulcis enim ſpes comitatur cor nutriens, ſenectutemq; fouens, quæ maxime hominum volubilē gubernat animum. Non ergo hæc eſt iuſtitiæ diffinitio, vera dicere, & depoſita reddere.

Polemarchus Amicum dicemus eum, qui bonus, vtiliſq; & videatur, & ſit. eum vero qui videatur quidem, ſed non

ſit.

fit. videri quoq; amicũ non tñ amicũ eſſe.

Thraſymacus. At ſi ego aliam reſponſionem de iuſtitia demonſtrauero, præter omnes iſtas, iſtiſq; meliorem, quã te dignũ pœna putabis? Socrates. Quanã alia, quã ea, quæ conuenit ignoranti? Conuenit autem, vt à docto diſcat. & ego igitur hoc pati mihi dignum exiſtimo. Thraſym. Quàm facetus.

Socrates. Eſt autem, hæc tyrannis, quæ nõ paulatim, ſed ſimul omnia aliena uſurpat: & clam, & vi, & ſacra, & ſancta: & priuata, & publica.

Dialogus Platonis Secundus, de Republica, vel de iuſto.

Adimantus. Nos uero reſpondebimus, nihil magnum eſſe facile. Veruntamen ſi beati eſſe volumus, hac eundum eſt; qua rationum veſtigia ducunt.

Sed enim apud inferos pœnas, dabimus eorum, quæ hic iniuſte commiſeimus: vel nos, vel nati natorum.

Socrates. An neſcis omnis operis maximum quid principiũ eſſe præſertim iuueni, tenero cuique. ſed quæ in ea ætate opinionibus accipiuntur, altius inhære-

re,

re, difficillimeq; eradicari conſueuerant. Quorum forte gratia danda omnino eſt opera, vt hæ fabellæ, quas primas audient optime inſtitutæ ad virtutem ſint.

Adimantus. At nullus ſtultorum & inſanorum Deo amicus eſt.

Platonis Dialogus 3. de Republica vel de iuſto

Socrates. Igitur rempublicam adminiſtrantibus præcipue, ſi quibus alijs mentiri licet, vel honeſtum, vel ciuium cauſa ad cōmunem ciuitatis vtilitatē, reliquis aūt, à mendacio abſtinendum eſt. Sed aduerſus huiuſmodi, Principem priuatim mentiri maius peccatum eſt quàm ægrotum mentiri erga Medicum.

Nunquam igitur ſtudio alicui æſtimatione digno quis ſimul incumbet & imitabitur multa. Neq; ēt rapſodi, ideſt cātores heroicorū ſimul eſſe, & hiſtriones poſſunt.

Ab ebrietate itaque ipſis diximus abſtinendum. Vnicuique enim magis conceditur quàm cuſtodi, vt ebrietate grauatus vbi terrarum ſit, neſciat.

Glauco. Nempe ridiculum eſſet, cuſtodem indigere cuſtodem.

Socrates. Qua ꝓpter modeſti homines, dum

dum iuuenes ſunt, ſtolidi eſſe videntur & qui facile ab iniuſtis decipi poſſint, tanquã qui nõ habeant in ſeipſis eadẽ, quæ habẽt improbi affectuum exempla malorum.

Qualis vir eſſet & ſibi & patriæ vtiliſſimus, atque is, qui ſingulis ætatibus ſemper pueritia, adoleſcentia, natura, ætate probatus eſt, & immaculatus exiſtit. cuſtos, & princeps eſt ciuitatis conſtituendus.

Honores huic tribuendi & viuenti, & mortuo, ſepulchrorum, & aliorum monimentorum maxima munera ſortienti. Qui vero talis non ſit abijciendus eſt.

Quartus Platonis dialogus de Iuſto.

Adimantus cuſtodes aũt legũ & ciuitatis ſi nõ ſint, ſed appareãt, videsne, vt oẽm ciuitatẽ ſimul perdãt⁹ rurſusq; cuſtodes ipſi bene eã cuſtodiẽdi, beatãq; reddendi ſoli opportunitatẽ habẽt? Quãobrẽ ſi veros ciuitatis cuſtodes quærimus, minime eos eligere debemus, qui noceant ciuitati.

Socrates. Ornatus quidã eſt temperantia, & à voluptatibus, cupiditatibusq; quibuſdam (vt peribent) abſtinentia.

Dialogus Platonis dialogus 5. de Iuſto.

Socrates habemus ne vllum pernicio-

ſius ciuitati malū, quàm quod eā diuidit, & ex vna plures facit? vel melius quicquā eo quod ipſam vincit, ſimul & vnā efficit? Ponamus, itē legē hunc cuſtodib. vt neq; diſſipent agros, neq; igne ædes abſumant.

Niſi philoſophi ciuitatibus dormientur, vel hi qui nunc Reges potenteſq; dicuntur, legitimè ſufficienterque philoſophentur, in idemq; ciuilis potentia, & philoſophia concurrant, neq; quod nunc fit à diuerſis duo hæc tractentur ingeniis, nō erit ciuitati, vel (vt mea fert opinio) hominum generi requies vlla malorum Neque potius hæc Reſpublica, quam verbis expoſuimus, orietur pro viribus, & lumen ſolis aſpiciet.

Quin etiam animaduertiſſe te arbitror, quòd ambitioſi homines ſi exercitus præfecturam aſſequi nequeunt, ſaltem tribuni effici volunt. ac niſi à magnis, venerandiſque hominibus honorentur, honorem ab ignobilibus exigunt, vtpote qui honorem prorſus affectent.

Hominē vero ad quamlibet doctrinam deguſtandā propenſiorē ad diſcendumq; promptiſſimū, & inexplebiliter inhiantē

mento

merito philoſophum nuncupabimus.

Quare nec ignorantia, neque cognitio erit opinio.

Platonis Dialogus ſextus, de iuſto.

Socrates. Non ſolũ probabile eſt ò amice, ſed penitus neceſſariũ eũ qui ex natura ad aliquid amore efficitur, quicquid cognatum & familiare, in amato diligere.

Quicunque igitur ad diſciplinas & cætera talia omni deſiderio flagrant, puram ipſius animæ expetunt voluptatem, corporis autem oblectamenta deſpiciunt.

Nempe cui dignationis adeſt magnificentia, & totius temporis totiuſq; ſubſtantiæ contemplatio, humana vita magnum quid videri non poteſt.

Et igitur conſentaneum, vt arbitror, naturam optimam, ſi ſub diuerſa forma nutriatur, deteriorẽ euadere quã ignauam. Adimantus Eſt vtique. Socrates. Hac itaq; ratione dicimus Adimante, animos præſtantiſſimo ingenio præditos, ſi male fuerit educati, peſſimos fieri. An putas infanda ſcelera, & extremam nequitiam ex ignano potius ingenio, quàm generoſo educatione corrupto procedere?

Itaq; pauci admodũ reſtant hoĩes Adimãte, qui digne cũ philoſophia verſentur: hiq; ſunt, q. bona indole nati ac bñ enutriti, ociũ ad philoſophiã exilio nanciſcũtur.

Platonis Dialogus 7. de Iuſto.

Socrates. Ciuitas profecto in qua ciues ad expectandos magiſtratus minime ambitioſi ſunt, optime, & procul à ſeditionibus permanet. Contra vero, quæ aliter affectos habet ciues.

Habet aliquos, qui ciuiles honores ſpernant pter veros philoſophos? Glauco. Nõ per Iouẽ. Socrates. At. n. Magiſtratus dandi ſunt hominibus imperij minime cupidis, alioquin ſimultas inter æmulos orietur.

Nam & grauiſſimos homines, & fortiſſimos decet eligere, & quoad fieri poteſt, ſpecioſiſſimos. Neq; ſolũ quærendi ſunt homines generoſi, & terribiles: ſed qui in ſuper eas habeãt Naturæ dotes, qua diſciplina hæc exigit, Glauco. Quas Socrates? Acumen inquam, felicitatemq; ingenij oportere ad doctrinarum perceptionem adeſſe.

Labor enim ac ſomnus, diſciplinis aduerſi ſunt.

Octauus Platonis dialogus de Iuſto.

Socrates.

Socrates. An vis imitantes Homerum Muſas oremus, vt nobis explicent, qua ratione ſeditio primum incidat? Verũ cum omne quod genitum eſt, corruptioni ſit obnoxium, talis etiam conſtitutio ſemper manere non poterit, ſed ſoluetur.

Quando igitur in ciuitate diuitiæ, ac diuites honorantur, virtus probiq; viri deſpiciuntur Adimantus Conſtat. Socrates. incenduntuṙq; ea ſtudia omnes, quæ in honore ſunt, eaq; frequentant Quæ vero nullo honore cenſentur, apud quoſque iacere ſolent. Atque ita ex victoriæ honoriſque cupidis, quæſtus, & pecuniarum auidi tandem efficiuntur. Et diuites quidem viros laudant, & admirantur, & ad magiſtratus euehunt, pauperes vero deſpiciunt. Si quis in nauis gubernatione à cenſus æſtimatione gubernatores eligat, pauperem vero licet gubernandi peritiorem haud quaquã admittat, quid ex hoc ſecuturum cenſes? Adimantus. Vt male nauem ducant. Socrates. An non eodem pacto in quouis alio principatu.

Conſtat itaque impoſſibile eſſe in ciuitate diuitias honorare ſimul, & tempe-

rantiam poſſidere. ſed neceſſarium eſt ad alterius æſtimationẽ, alterum ſemper iſtorum negligi. Vbi autem licentia, ibi quiſque arbitratu ſuo vitam inſtituet. Niſi forte quis excellenti ſit ingenio præditus, nunquam vir præclarus euadet, niſi à prima pueritia ſtatim honeſtis in ludis verſetur. Adimãtus. Nimia enim libertas haud in aliud videtur, quàm nimiam in ſeruitutem conuerti & priuatim & publice.

Platonis nonus dialogus, de iuſto.

Socrates. Libertatem vero & amicitiam veram natura nunquã tyrannica guſtat.

Auarus quidem lucri ipſius comparatione, honorum vel diſciplinarum oblectamenta nullius exiſtimabit, niſi quid forſan ad argentum conferant.

Hoĩes igitur prudẽtiæ virtutiſq; expertes, & epulis, rebuſq; ſimilibus mancipati deorſum feruntur, ruſuſq; ad medium vſq; perueniũt, & circa hæc per oẽm vitã oberrãt, ſuper hæc vero emergunt nunq̃. Et qđ vere ſummũ eſt, nequaq̃ ſuſpiciunt, neq; ad ſupera euehuntur. neq; vera vlla re qñdoq; fruuntur, neq; ſtabilẽ purãq; guſtant voluptatẽ, ſed veluti pecora, humũ ꝓni ſpectãt,

ventriq; obedientes paſcēdo, coeundo ęta tem cōterunt. Proq; his rebus vberius po-tiundis, calcibus, inter ſe, & cornibus ſer-reis, vnguibuſq; decertant, ſeſe inuicē ob inexplebilem libidinem trucidantes, vtpo te qui neq; verā, & firmā ſui partem, neq; veris pabulis implent. Glau. Oīno ò Socrates, vulgi vita quaſi quodā pādis oraculo.

Socrat. Oī itaq; ratione qui iuſta laudat vera loquitur, qui vero iniuſta mentitur.

Dialogus decimus Platonis, de iuſto.

Socrates. Procul igitur à vero eſt imita tor, atque vt videtur, propterea omnia pōt facere, quia exiguum quidam cuiuſque attingit ſimulachrū. quemadmodū pictor pinget nobis coriarium, fabrū, & opifices alios cum nihil in artibus his intelligat. Veruntamen ſi peritus ſit pictor, expreſſeritq; fabri ipſius imaginem, quam procul oſtendat, pueros, dementeſq; homines ita decipiet, vt verus eſſe faber illis appareat. Cæterum ò amice, hoc in huiuſcemodi omnibus cogitandum quoties aliquis nobis de hoc ipſo nunciat, ſe videlicet homini occurriſſe in omnibus artibus, erudito, perfectiſſimeq; præ cæteris intelligenti

quæcunque alius quiuis intelligat. Huic protinus reſpondendum ꝙ fatuus eſt, & in magnũ quendã præſtigiatorem incidit, cuius imitationibus eſt deceptus, vt ſibi viſus ille ſit in omnibus ſapientiſſimus ex eo, ꝙ ipſe nequeat ſcientiam ab inſcitia, & imitationem à re vera diſcernere.

Hęc ſufficienter nobis aſſerta videntur, imitatores ſcilicet nihil ęſtimatione dignũ intelligere de his rebus, quas imitantur, ſed eſſe locum quendam imitationem potius, quam rem ſeriam.

An ignoras immortalem eſſe hominis animam, & ab interitu liberam?

Rurſus de iuſtis hominibus aſſero, plerique enim ipſorum quãuis ad tempus ſua vitia celent, tandẽ in curriculi calce, quales ſint deprehenduntur ridiculi prorſus euadunt, & in ſenio miſeri à peregrinis, & ciuibus obiurgantur, verberanturq́;.

Quamobrẽ oĩ ſtudio dãda opera eſt, vt quiſq; noſtrũ omiſſis cæteris diſciplinis, hãc quærat, aſſequaturq́; pro virib⁹ diſciplinã, per quã & poſſit, & ſciat vitã bonã à mala diſcernere, & quoad fieri põt ex oĩbus eligere meliorẽ. Vidimus.n.& viuenti, & mor-

tuo i lectionem hanc optimam eſſe.

Timæus Platonis, vel de natura, lib. 32.

Critias. Ciuitas in Aegypti regione, q̃ Saim vocant, vnde Amaſis fuit rex: Vrbis eius fundatrix dea fuit, quam Aegyptij Vithen, Græci Athenam nominant; ipſi porrò homines Athenienſium amici ſunt eisq; genere quodã coniunctos eſſe ſe prædicant. Quo Solon profectum ſe honorifice acceptum fuiſſe referebat. Tunc ex ſacerdotibus quendam grandẽ natu dixiſſe, O Solon, Solon, Græci pueri ſemper eſtis, nec quiſquam è Græcia ſenex. Cui iſtud diceret percontante Solone, reſpondiſſe ſacerdotẽ. Quia iuuenis ſemper vobis eſt animus. in quo nulla eſt ex vetuſtatis commemoratione priſca opinio, nulla cana ſcientia. Veſtræ autẽ ciuitates in planitie ſitæ impetu fluminũ ad maria rapiuntur ſed in hac noſtra regione neq; tunc, neq; aliàs vnquã aqua in agros ſuperne deſcendit, contra vero ſurſum è terræ viſceribus ſcaturit. Quamobrem antiquiſſimarum rerum apud nos monimenta ſeruantur. Proinde vbicuuque nec imbrium tempeſtas nimia, nec incendium ingens contin-

git,

git,licet alias plures alias pauciores,ſem ꝑ tamen hoĩes ſunt.Queçũq; vero à noſtris, ſiue è veſtris, ſiue alijs nationib.geſta ſunt memoratu digna mõ ad aures noſtrorum ꝑuenerint, noſtris in templis deſcripta ſeruant. Apud vos quidẽ,& alias gẽtes res geſtæ nuper litteris monimentiſq; tradunt. ſed certis tẽporũ curriculis illuuies ĩmiſſa cœlitus oĩa populat̃. ideo qui ſuccedũt & litteris, & Muſis orbiti ſunt quo fit, ut quaſi iuuenes iterum ſitis,& rudes, præteritarum rerũ prorſus ignari. Nam & ea ipſa quæ modo ex ueſtris hiſtoriis & recenſebas, à fabulis puerilibus ò Solon parum diſtant à primo ꝙ unius tantum inundationis memineritis,cum multæ præceſſerint. Tunc admiratum Solonem, obnixe ſacerdotes obſecrauiſſe ait, ut omnia diligenter priſcorum ciuium opera reuelarent.

Timæus. Nã cũ omnes,qui mentis quoquõ cõpotes ſunt, in operis cuiuſlibet, vel magni, uel parui principio inuocare Deũ ſoleant. quãto nos æquius eſt,de vniuerſo ſiue genitũ ſit, ſiue ingenitũ diſputaturos niſi forte deſipimus,inuocare diuinã opẽ? Opificem quidem, & Patrum mundi

inuenire

inuenire difficile, & cum iam inueneris, prædicare, eloqui uulgo impoſſibile eſt.

Dicamus igitur quam ob cauſam ille rerum Author generationem, & hoc vniuerſum conſtituit. Bonus erat. Bonus autem, nulla inquam aliqua de re inuidia tangitur, ergo cũ liuor ab eo alieniſſimus eſſet, omnia ſibi quantum fieri poterant, ſimillima fieri voluit. Fas autem neq; erat, neque eſt quicquam niſi pulcherrimum facere eum, qui optimus eſt.

Intellectũ vero alicui ſine aĩa dari non poſſe. hac ratione mentẽ quidẽ animę, animam vero corpori dedit. totumq; ita mundum conſtituit ut pulcherrimum naturæ opus optimumq; foret. Dicendũ eſt hunc mundum animal eſſe, idq; intelligens, re vera Diuina prouidentia conſtitutum.

Ita nẽpe diuina arte fabricatus eſt mundus, vt omnia in ſeipſo, & à ſeipſo patiaẽ, & agat. Ratus n. eſt ille Author mundum, ſi ſibi ipſe ſufficiat, præſtantiorẽ fore, quã ſi aliorum adminiculis egeat: nec ei manus neceſſarias eſſe duxi, quia neq; capiendum quicquam erat, neq; repellendum.

Dies porrò, & noctes, & menſes, & an-

nos,

nos, qui ante cœlū nō erāt, tunc naſcente mundo naſci iuſſit, q̄ oīa t p̄is partes ſunt.

Quòd ſi quis educationi, rectæq; nutritione diſciplinam quoque & eruditionem conuenientem adiunxerit, morbo grauiſſimo deuitato, ſan⁹ & integer prorſus euadet. ſi autem neglexerit, claudum vitæ iter ingreſſus, tanquam mancus, & omnino inutilis rurſus ad inferos decidit. ſed hæc quidem poſt ortum contingunt.

Principio Dij figuram capitis ad rotunditatem mundi finxere, in eoq; duos illos animę diuinos circuitus ſtatuerunt. Eſt autem caput membrum corporis diuiniſſimum, reliquorumq; membrorū princeps. cui totum corpus connexū Dij ſub eſſe, & parere iuſſerunt.

Rerum enim optimarum, vt arbitror, cognitionē nobis oculi attulerunt. Nam hæc quæ de mundo diſputantur, nunquā inuenta eſſent, ſi neq; ſydera, neq; ſol, neq; cœlum ſuſpici potuiſſet. Cognitio verò diei ac noctis ab oculis orta, fecit vt dimēſione quadā menſiū, annorumq; ambitus metiremur, tēpus cognoſceremꝰ, vniuerſæ naturæ ordinē ſcrutaremur quibus ex rebus

bus

bus philoſophiam adepti ſumus.

Quo bono nihil vnquã maius mortaliũ gñi datũ eſt Deorũ munere neq; dabitur.

Vere quidẽ opinionis vir quilibet particeps, intelligentiæ vero Dij quidẽ omnes, hoĩes vero pauci admodũ participes ſunt.

Quoniam igitur ita mundus diſpoſitus eſt, ſiquis dictorum quicquã ſurſum eſſe dixerit, vel deorſum, non iniuria errare videbitur. Medius.n.locus in ipſo, neq; ſurſum, neq; deorſum dici debet, ſed medius.

Tenduntur à lingua venæ ad cordis ſedem, ſaporum nunciæ.

Omnino igitur vocem ponamus pulſationẽ quandã ab aere, per aures celebrũq; & ſanguinem vſque ad animã penetrantẽ.

Cor vero venarum originem fontemq; ſanguinis, per omne corpus impetu quodam manantis, in ſtipatorum regione ſuſpendere voluerunt.

Verborum autem effluxio miniſtra prudentiæ, effluxionum omnium optima eſt, atque pulcherrima.

Animæ vero morbi propter corporis habitum ita naſcuntur.

Morbum animæ, dementiã eſſe cenſemus

mus genera duo ponimus, inſaniã, & imperitiam. Quæcunq; igitur paſſio alterutrum iſtorum infert omni, ægritudo eſt nuncupãda. Iccirco voluptates, doloreſq; admodum vehementes, morborum animæ omnium grauiſſimi iudicandi.

Quiſquis.n. vel nimia geſtit lætitia, vel nimio dolore deprimitur. Dum illam auidius, importuniuſq; adſciſcere, hunc vitare obnixe conatur. neq; cernere, neq; audire recte quicquam poteſt Sed rabie furit, & in eo habitu conſtitutus, minime rationis eſt compos. Vna demũ eſt ad vtrunq; ſalus, & cõſeruatio, vt neq; aĩa ſine corpore, neq; corpus abſq; aĩa moueamus. Quapropter quicunq; mathematicis doctrinis operã dat, at cuius mẽtis indagationi vehementius ſtudet. det et motũ corporis adhibere, & in gymnaſtica exercitatiõe verſari.

Morbi enim niſi periculoſiſſimi ſint, pharmacis irritandi nõ ſunt. Quapropter diligentia victus corrigendi & gubernandi ſunt morbi prout cuique datur ocium. Neque difficile infeſtumq; malum, pharmacis inſtigandum.

Quo circa pudendorum naturæ in vi-

ris inſita vis inobediens,atq; imperioſa,& quaſi animam nõ exaudiens rõnẽ, furioſa rũ libidinũ violentia, ſubijcere ſibi cuncta conaẽ.Vulua quoq;, matrixq; in fœminis eadẽ rõne aĩal auidũ generandi qñ ꝑcul à fœtus ætatis florẽ,aut vltra diutius detinetur,ęgre fert morã,ac plurimũ indignatur paſſimq; per corpus oberrãs meatus ſpiritus intercludit,reſpirare nõ ſinit,extremis vexat anguſtijs,morbis denique oĩb.ꝑmit. quouſq; vtrorũq; cupido amorq; quaſi ex arboribus fœtum,fructumve producunt.

Iam igiẽ noſtra hæc de vniuerſo diſputatio finẽ habeat.Mortalia n & immortalia viuentia mundus hic ſortitus atq; inde completus, ita denique factus eſt viſibile viſibilia comprehendens animal.intelligibilis Dei imago,ſenſibilis, maximus interminatus.pulcherrimus,perfectiſſimus,cœlum vnum,hoc atque vnigenitum

Critias Platonis, vel Atlanticus, lib. 33.

Timæus. Quã grata longum poſt iter defeſſo requies,ò Socrates, tã mihi poſt longas diſputationis ambages dulce ſilentiũ.

Debita vero eius qui per ignorantiam negligentiainue aberrauit, pœna eſt, vt

ſciens efficiatur, & diligens.

Quamobrē vt poſt hac rectius de Deorum generatione loquamur, medicinā nobis à Deo medicinarū omniū ꝑfectiſſimā, ſaluberrimamq; dari, ſcientiā exoptamus.

Hermocrates. Sermonem igitur aggredi forti animo decet, ac Phœbo Muſisq; vocatis, antiquos ciues excellentes viros ſummis laudibus illuſtrare.

Et quæcunque communi ciuitatis vitæ conueniebant, per domorum inſtitutionē tam in his quàm in ſacris ſine auro & argento ſeruabant. nulla ſi quidem in re vnquam his vtebatur.

Multa ſanè per ſecula quoad natura illis diuina perſeuerauit, legibus obedicbāt, & erga diuinum genus ipſis cognatum benigne affecti erant. magnifice nanque illorum animis, & veræ cogitationes inerant. Vnde & modeſtia vtebantur, prudentiæq; & ad ea, quæ accidebant inuicem. Quo circa ſpernentes præter virtutem omnia, parui faciebant præſentia, neque efferebantur ſed tanquam onus quoddam exiſtimabāt auri, cæterorumq; copiam.

Poſtquam vero diuina ſors in eis longo ab

go ab vſu, crebriſq; mortaliũ rerum affe-ctibus inquinata euanuit, moſq; human' præualuit, tunc primum, quia nõ poſſent ſcire præſentia, dedecori ſuccubuerunt.

Platonis de legibus, vel de legum latione dialogus Primus. lib. 34.

Athenienſis Hoſpes. Deumne, an aliquem hominum ò hoſpites, condendarũ legum cauſam exiſtimaris? Clinia. Deum, ò Hoſpes, Deum inquã, vt decet aſſerere.

Clin. Primam, ò Hoſpes, & optimam eſſe dico victoriam, vt ſeipſum quis vincat turpiſſimum, vero quiddam, & peſſimum, vt à ſeipſo vincatur.

Athenienſis. Sic enim in Carminibus dixiſti, Eos quidem prorſus deſpicio, qui ſanguinolentas cædes ſpectare, cominuſq; cũ hoſte pugnare nõ audeant. hinc nos ò Tirteæ, eos te laudare collegimus, qui in externis bellis gerendis præ cæteris clareant.

Veſtemq; & nos Poetã habemus Theognim Mergarẽſem ciuẽ ex Sicilia q̃ ait Fidelẽ virũ omni argẽto atq; auro in ſeditione meliorẽ. Eſt autẽ, vt inquit Theognis, fides illa quæ maxime in periculis lucet.

Vtrum igitur eũ, qui dolore frangitur.

an eum qui voluptate ſuperatur, deteriorem vocare oportet. Clinia. Eum arbitror qui ſuperatur à voluptate.

Clin. Quare nec parcas, ſed libere leges noſtras reprende. Neq;.n.turpe eſt diſcere ſiquid nõ probe ſe habet ĩ quo delinquit.

Athenĩẽſis. Græci oẽs ciuitatẽ noſtrã, & eloquentiæ ſtudioſam iudicant, & verboſam, Lacedæmonem vero, atq; Cretam alteram breuiloquam, alteram intelligentiæ magis quam verboſitati ſtudentem. Quodq́, vulgo fertur, probos Atheniẽſes pcipue pbos eſſe vere prorſus mihi dictũ videt.ſoli.n.ſuapte natura, diuina, quadã ſorte nõ coacti, neq; ficti, ſed vere pbi sũt.

Aſſero equidẽ eos, qui præſtantes viri in aliquo euaſuri ſunt, ab ineunte ſtatim pueritia oportere idipſum tã ludẽdo, quã ſtudẽdo in ſingulis ad id cõueniẽtibus meditari. Nempe ſiquis peritus Agricola, aut Aedificator futurus eſt, ludentẽ, oportet à prima ætate, vel colere terram, vel pueriles quaſdam domos ędificare, in omnibus enim ludẽdo conari debemus, vt eo voluptates, & cupiditates puerorum vertamus quo eos tandem peruenire deſideramus.

Caput

Caput autem diſciplinæ, rectam educationem dicimus, quæ ludentis animum in amorem præcipue illius perducit. Cum enim vituperamus, aut laudamus ſingulorum educationes. dicere ſolemus diſciplina inſtructum hunc eſſe, illum diſciplinæ expertem. quamuis cauponariam, & nauigandi artem, cæteraq; cuiuſmodi optime calleat. Quippe non hanc diſciplinam putamus, ſed eam, quæ à peritia deſiderari, amariq; virtutem facit. & quidem illam qua perfectus quiſpiam ciuis effectus, iure imperare ſciat, atque parere. Hanc educationem, hic ſermo ſolam diſciplinam appellandam eſſe determinat. illam vero quæ ad colligendam pecuniam, vel ad corporis robur augendum, vel ad peritiam quandam aliam abſque mente, & iuſtitia conquirendam tendit, mechanicam, atq; illiberalem, & diſciplinæ appellatione ducit indignam.

Nonne hæc ita ſunt, in quibus tales ſumus ira, amor, petulantia, inſcitia, auaritia, ſecordia, & ad hæc illa, diuitiæ, forma, vires? & quæcunque voluptatis ebrietate quadam homines amentes faciunt.

Platonis dialogus.2.de legibus, vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. Primum profecto puerorũ ſenſum eſſe dico voluptatis, atq; doloris, atque hæc duo eſſe, in quibus primum virtus, & vitiũ animo innaſcuntur. Sicut autem prudentia, & vera opinio, ac ſtabilis vel ſenectute aſſuerint, felix eſt per fectus porrò vir eſt, qui hæc, & quæ in his ſunt omnia poſſidet bona. Diſciplinã appello virtutẽ quæ primo pueris aduenit, ſi voluptas, & amor dolorq; & odiũ in aĩos influãt, antequã rõne moueantur & rõne deinde præſente, rationi cõſentiãt, propter ſuperiorũ bonorũ morum cõſuetudinem, hæc ipſa conſenſio, vniuerſa quidem virtus eſt. Ipſam vero decentem circa voluptates, & dolores aſſuetudinem per quam ab initio vſque ad extremum vitæ homines oderint quæ odiſſe oportet, & ament quæ amanda ſunt. ſi per ſeipſam ſeorſum ratione conſideratam diſciplinam vocaueris, recte, vt ego arbitror, appellabis.

Nam Iudices & prudentiæ, & fortitudinis oportet eſſe participes prudentiæ quidem, quia non debet verus Iudex quæ determinanda

terminanda iudicio ſunt, ab alio diſcere,&
quaſi ſtupefactus tam clamore multorũ,
quàm ignorantia ſua ita ferre ſententiam
fortitudinis autẽ, quia nec etiam ſi per ſe
ipſum intelligit, debet propter ignauiã, &
formidinem, ex eodem ore, quo iudicatu-
rus Deos inuocauit, deſidioſe iniquum iu
dicium promulgare. Non enim, vt diſcipu
lus, ſed vt Magiſter ſpectatorum ſicuti par
eſt; Iudex ſedet pro tribunali. Nunquam
ego de illo mentionẽ faciam, neq; virum
appellabo, qui non omnia, q̃ bona dicun-
tur, cum iuſtitia poſſideat, atq; diſponat.

Principio legem ſanciemus, vt pueri vſq;
ad duo de vigeſimum annum vini vſum
prorſus ignorẽt. Nempe eos monebimus,
non oportere ignem igni in corpus, atq;
animam ſuggerere, antequam viri effecti
ſubire labores incipiant. Furioſum namq;
habitum iuuentutis cauere oportet. Gu-
bernatores etiam, atque Iudices munus
ſuum ſubituros, à vino penitus prohibe-
rem, deliberaturos quoque de rebus non
omnino negligendis, neque etiam noctè
viro, vel mulieri, quando liberis operam
dare volunt. Plura etiam referri poſſent,

in quibus homines legis rectæ mentis cō-
potes vino abſtinerent.

Dialogus.3.Platonis de legibus, vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. In quocunque vero hominum cœtu nec inopia, & nec diuitiæ ſunt, huic iuſtiſſimi mores aderunt neque enim ibi contumelia, neq; iniuria locum habet.

Diuinū enim Poetarum genus eſt, Dijs agitur, & ſacros concinit hymnos: Vnde vera paſſim cum Muſis, atque Gratijs tangere ſolent.

Illud etiam Legiſlatoribus multis præcipiunt, vt leges huiuſmodi ferant, quales multitudo & populus libenter ſuſcipiant.

Ego autem ad vnā dicebā ſolummodo virtutē, cū tamē ſint quatuor, id reſpicere reſpiciendumq; nō ad vnā tantū, ſed omnes, maxime vero ad primam, quæ & cæterarum omnium dux eſt. hæc vero prudentia eſt, & intellectus, & opinio vna cum amore & cupiditate iſta ſequente.

Ratione autē pro dignitate imperandi, atque parendi quales ſunt, & quot, tam in ciuitatibus magnis & paruis, quàm pri-

uatim

uatim in domibus ſimiliter ſunt. Nonne prima dignitatis recte ratio erit, vt Pater ac Mater, & ſimpliciter genitores vbiq; natis imperent? ſecunda, vt ignobilibus generoſi? tertia. vt Iunioribꝰ Seniores? quarta, vt Domini ſeruis? quinta, vt potẽtiores dominentur, imbecilliores ſeruiant? Maxima vero dignitas ſexto loco collocanda eſt, quã ignorantes quidẽ ſequi iubeantur. prudentes autẽ ducere, atq; dominari. Septimum principatũ ad ſortem aliquam producamus, eum Dei gratia & felicitate quadam obtingere aſſerentes, & iuſtiſſimum eſſe ducamus. vt is, quem ſors delegerit, imperet. ille vero quam repulerit, pareat.

Neque oportet in ciuitate excellentes cuiquam conferre honores, quia diuitijs præſtet, aut quia velox, aut formoſus, aut robuſtus ſit, ſi virtute careat, ſed neque ſi virtutem aliam habeat, quandam, temperantiam vero non habeat. At vero iuſtitia ſine temperantia, originem habere nullam poteſt.

Oportere itaq; dicimus ciuitatem, quæ pro humanis viribus ſalua, felixq; futura ſit, recte honores diſtribuere. Recta au-

tem diſtributio eſt, vt prima, & maxime honorāda cenſeantur animi bona, ſi adiuncta illis temperantia ſit. ſecundo dignitatis gradu corporis bona ponantur, tertio externa poſſeſſio & pecuniæ.

Platonis dialogus.4.de legibus, vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. Nam cum mercibus,& pæcunijs cauponādo ciuitas repleatur,doloſi animi inſtabiles & infidos mores parit,vnde parum & ipſa ad ſeipſam,& ad gentes alias fidem,& amicitiam colit.

Aut ſiquādo naturā Neſtoris qui reduxerit,quē & dicēdi facundia,& tēperātia vitæ multo magis oībus excelluiſſe ferunt. ſi inquam talis quandoq; vir fuit,aut erit, aut nunc inter nos eſt aliquis, & ipſe beate viuit,& illi quoq; beati ſunt, qui fluentia ex ore modeſto audiunt verba. Qui autem aliquarū partiū gratia leges cōdunt, eos nō ciues,ſed ſeditioſos putamus,& iura ſua fruſtra ſic ab eis vocari cenſemus.

Meritū.n.paratum illi ciuitati video,in qua non Lex magiſtratibus, ſed Legi Magiſtratus præſunt:ſalutem vero illi vbi lex ſeruiētibus Magiſtratibus dominatur cuncta

cta certe bona, quæ Dij ciuitatibus præbent, huic afferre cerno.

Qui autem ſuperbia elatus eſt, quod pecunia, vel honorib antecellat, vel corporis forma polleat, qua cũ iuuenilis animus dementia ſimul ardeat, & petulãtia, quaſi nec Principe nec duce vllo indigeat, ſed aliorũ ipſe ſufficiens ductor ſit. is penitus à Deo deſeritur autem, & alios huiuſmodi nactus, exultat omnia ſimul perturbans multiſq; videtur minime cõtemnendus, breui tñ poſtea inculpabili Dei punitus iudicio, ſeipſum, domũ ſua, ciuitatẽq; vniuerſam ſimul euertit. Nemini dubiũ quin cogitare quiſq; debeat, qua ratione ex eorũ numero ſit, qui Deũ ſequant. Immoderata vero neq; inuicẽ, neq; moderatis ſunt amica.

Deus profecto nobis rerum omnium maxime ſit menſura, multoque magis, quàm quiuis, vt ferunt homo. Bonum virum decet ſacrificare dijs, & intereſſe diuinis: nempe illos proſequi orationibus, muneribus, alioq. cultu diuino, pulcherrimũ, optimum, commodiſſimum ad vitam beatam. Idq; præ cæteris eſt decorum. Malo autem contra contingunt omnia. Impu-

rus

rus enim mali eſt animus, boni autem purus. Ab impuro autem capere munera, neq; bonum virum, neque Deum decet.

Non enim magna eſt eorum copia qui optimi quàm maxime, & celerrime conentur euadere. Heſiodũ vero ſapientũ multi prædicant, cũ dicat. Viã ad vitia planã eſſe, ac ſine ſudore, peragi, cum breuiſſima ſit. Ante virtutẽ vero inquit ſudorem Dij immortales poſuerũt. ac via quę ad eã ducit, longa, ardua, & aſpera primu ſed poſtquã ad ſumma faſtidia peruentum eſt, quæ ardua via fuerat, facilem præſtat callem.

Nefas autẽ eſt immortalitate ſeipſum ſponte, priuare, hac vero ex animo ille ſe priuat, qui filios & vxorem negligit.

Dialogus. 5. Platonis, de legibus, vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. Diuinũ enim bonum eſt honor. Honor autem eſt, vt totũ ſimul complectar, meliora ſequi. Liberis ergo non auri, ſed pudoris multum oportet relinquere putamus autem verbis impudentiam iuuenum caſtigantes id nos facturos. Sed hoc non ex ea caſtigatione fit, quam iuuenibus incutiunt dicentes,

quòd

quòd adoleſcentē, oporteat in omnibus verecundū eſſe. ſapiēs itaq; Legū lator Senioribꝰ præcipiet potiꝰ, vt ſint corā iunioribꝰ verecūdi. ac ſummopere caueāt, nequis iuuenum eos aut videat, aut audiat agētes turpe aliquid, vel loquentes. Nā vbi Senes minus pudici ſunt, neceſſe eſt ibi iuuenes impudētiſſimo eſſe. Veritas profectò tum Dijs, tum hominibus dux omniū eſt bonorum. cuius, qui felix, beatuſq; futurus eſt, ſtatim ab initio particeps eſſe debet, vt in veritate plurimum tempus vitam agat.

Honorandus certe eſt, qui nihil iniuriatur. qui vero nec alios id facere patiatur, duplici honore. immo etiam magis eſt honorandus. illi enim vni, hic multis hominibus comparatur.

Eſt autē hoc, quod dicere ſolent, quòd natura ſibi quiſque amicus eſt. rectēq; eſt ita id ſe habere. Sed re vera nimius in ſeipſum amor, omnium peccatorum omnibus ſemper eſt cauſa. obcæcatur quippe circa amatū, qui amat. Quapropter qui ſe amat, cū ſeipſum magis, quam veritatē honorandum putet. quid iuſtū, bonum. pulchrū ſit, male iudicat. Decet ſanè eum, qui

magnus

magnus vir futurus eſt, neque ſeipſum. neque ſua diligere ſed iuſta ſemper, ſiue à ſe ipſo, ſeu ab alio quouis gerantur ex hoc ipſo dilecto accidit omnibus, vt ignorantiam ſuam eſſe ſapientiam opinarentur. hinc fuit, vt quamuis nihil, vt ita dicam, ſciamus, ſcire tamen omnia arbitremur.

Diuites autem valde, ſimulq; probos eſſe, impoſſibile dico autē diuites, vt multa exiſtimant aſſerentes eos eſſe diuites, cuj pauci è multis pecunias plurimas poſſident, quas etiā poſſet malus quilibet poſſidere, quod ſi ita eſt, nunquā ego his concedam diuitiam, re vera eſſe felicem, niſi etiā bonus ſit. Fieri verò non poteſt, vt diuitijs aliquis ſimul præſtet, & probitate.

Dialogus. 6 Platonis, de legibus, vel de legum latione.

Athenieſis Hoſpes. Vides enim eos, qui recte magiſtratus accepturi ſint, oportere primo ſatis ab adoleſcētiā probatos fuiſſe, tam ipſos quam ſuos vſq; ad ipſam electionē. deinde eos et qui ſuffragia ferūt, legitimis eſſe moribꝰ educatos, vt facile queant admittendos, & repellēdos cognoſcére, & erga viros pro dignitate ſe gerere. At vero qui

qui nuper cõuenerũt, cũ nec ſe inuicẽ ſatis cognoſcãt, neq; adhuc erud ti ſint, qũo recte vnquam Magiſtratus eligere poterunt.

Verus n. priſcus ille ſermo ab æqualitate amicitiã procreari recte admodũ, & cõcinne fertur. Duæ q ppe ſunt, æqualitates, eodẽ quidẽ nomine appellatæ, ſed effectu in multis penè cõtrariæ. & alterã omnis ciuitas, legũq; lator ſorte diſponẽdo, põt in diſtribuẽdis honoribus adhibere eã dico, quę numero, põdere, & menſura eſt æqualis. Sed veriſſimã æqualitatẽ nõ facile quiuis perſpiciet, Iouis enim iudicium eſt.

Leges autem de rebus diuinis à Delphis petantur, cõſtituanturq; illarum interpretes, atque his vtendum. Sacerdotium non diuturnius ſit, quàm annuũ. Nec pauciores annos quam ſexaginta natus ſit, qui ſecundum ſacras leges res diuinas ſufficienter eſt tractaturus.

Nemo autem Iudex, Magiſtratuſue ſit, qui geſti officij ſui rationem non referat, præter eos qui Regum inſtar finem rebus imponunt.

Exiſtimare de omnibus hominibus id quiſque debet, quòd qui nunq̃ ſeruiunt,

is laude dignus eſſe dominus nunquã poterit. Ideoq; gloriari quemq; oportet magis, quòd bene ſeruiuerit, quã quòd bene fuerit dominatus. Primum quidẽ legibus, quibus ſeruit, Dijs ſeruit. deinde Senioribus, qui honeſte vixeſunt.

Quare vt ſolidus, ſtabilis, & quietus conceptus fiat non oportet corporibus ebrietate diffuſis dare operã liberis: qui aũt vinó refertus eſt, tam animæ quã corporis rábie concitatus, quouis & trahit & trahitúr. Idcirco ebrius, tanquã mente captus ad ferendum eſt inutilis.

Dimidiũ mẽtis iuppiter illis aufert, qui ſeruitutis ſorti ſubiecti ſunt. Hæc itaque adeo diuerſa de ſeruis hoĩes cogitãtes, alij nihil generi ſeruorũ credunt, ſed ſtimulis atq; verberibus, quaſi ferrarũ naturã non ter tantũ, ſed ſępius miniſtrorũ animos ſeruiles efficiũt. alij cõtra oĩno faciũt. Eſt aũt recta horũ educatio, vt nulla ipſis cõtumelia inferatur, iniũriaq; his multa minus, ſi fieri poſſit, quã æqualib. inferenda. Allocutio oĩs ad ſeruorũ quodã mõ imperiũ ſit. q̃ multa ſtulta faciẽtes, dũ delicatius eos nutriũt difficiliorẽ vitã & ſibi ad imperan-

dum.

dum.& illis ad obediendum reddunt.

Quicquid.n.in ciuitate legis ordiniſq; eſt particeps,cũcta ex eo bene,ꝓcedũt.Quę vero ordine carẽt,vel male ordinata ſunt, ea ẽt quæ bene ſunt ordinata,cõfundunt.

Fœmina quidẽ aliud genus hominum eſt, & differens,nobiſq; occultius & verſutius natura eſt, propter imbecillitatem. atq; ita minus ordinari poteſt.

Platonis dialogus.7.de legibus,vel de legum latione.

Atheniẽſis Hoſpes. Iam vero recte aliàs dictum eſt,exiſtimandum eſſe rectum educationẽ poſſe & corpus,& animum quam pulcherrima & optima reddere.

Nobis profecto videntur deliciæ, difficiles,moroſos,iracundos, & leui de cauſa excitabundos, Iuuenum mores efficere.

Ego vero niſi verer, ne forte iocari vobis videar,dicerem vtrique grauidas etiam mulieres maxime oĩum illi anno ita regẽdas eſſe.vt nec ad voluptates multas, furioſaſq; ferantur,neque doloribus agitentur.ſed tranquillam,pacatamq;, & mitem vitam agant. Decens eſt,eos ciues laudib. exornare, qui ceſſerũt è vita corporis vel

animi viribus, res arduas præclaraſq; geſſerint, & legibus libenter paruerint.

Viuētes aūt adhuc laudibus, hymniſq; honorare tutum nō eſt, prius quā vita functus quiſpiam finem viuēdi præclarum fecerit. hæc omnia viris mulieribuſq; virtute inſignibus cōmunia ſint. Nemo quidē dum dormit, alicuius pretij eſt, nō magis quā ſi nō viueret. Quare quicūq; viuere, & ſaperet cupit maxime, quā longiſſimo tpe vigilet, ſola ſanitatis cōmoditate ſeruata.

Quoniā vero nec pecudes, nec alia prorſus vlla ſine paſtore viuere debēt. nec pueri etiam ſine Pedagogis ſint, neque abſque Dominis ſerui. Eſt autē Puer, omni beſtia intractabilior, nā cū prudētiæ fontē nōdū perfectū habeat, inſidioſiſſimus eſt acerrimuſq; & petulantiſſimus omniū beſtiarū. ideo multis quaſi frenis vincendus eſt.

Platonis dialogus octauus, de legibus, vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. Nam artes, & ſtudia quæ ad lucrum conducunt, libentiſſime complectuntur oēs, cætera ſpernunt. hęc igit vna cauſa eſt, ne ciues id, aut aliud quicquam honeſtum, bonumq; officium

curent

curent, ſed inſatiabili auri, & argenti cupiditate & honeſta pariter & inhoneſta artificia cõplectãtur, & quoduis agãt, ſeu fas, ſiue nefas id habeat, vt pecunias cumulẽt, ꝗbus ſubminiſtrãtibꝰ veluti pecora vẽtri, ac Veneri ſeruiant. Nemo generoſas liberaſq; mulieres p̃ter vxorẽ audeat tangere, nec vllꝰ nothos ex cõcubina ſuſcipiat, nec infęcũdos mariũ agros p̃ter naturã ſerat.

Duas vero artes, aut ſtudia duo diligenter exercere humana natura non poteſt. Nemo etiam ſatis poteſt arti quidem vni vacare, & alterius artis opifici præſidere.

Dialogus Platonis nonus, de legibus, vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. Profecto legũ optimarum officium eſſe dicimus: ita animos hominum inſtituere, vt oderint iniuſtitiã iuſti vero naturam, vel diligant, vel ſaltem non oderint, ſiue operibus, ſeu verbis legiſlator id aſſequatur, ſeu voluptate, ſiue dolore, vel honore, vel infamia, aut pecunia mulctando, aut donis, aut alio quouis modo id faciat. Quos vero inſanabiles legiſlator eſſe ſenſerit, vltimo ſupplicio hos afficiet. nam horum exemplo, a peccato

cæteri deterrentur. Quippe tam Græci, quàm Barbari, diuitias cum tertium bonorum teneant locum, in primo ponunt. Atq; hac ſententia ſeipſos ſimul, & poſteros perdūt. Optimè ſanè & pulcherrime viueremus, ſi vera de diuitijs ſententia vbiq; prædicaretur. Ea eſt; ꝙ diuitiæ, corporis gratia ſint. corpus autē, animi gratia. Quare cum bona ea ſint, quorum gratia poſſidendæ diuitiæ ſunt, tertium gradum poſt virtutem animi corporiſq; tenebunt. Hæc ergo ratio nos tanquā Magiſtra docebit, non oportere hominem qui felix futurus ſit, diuitias quomodocunq;, ſed cum iuſtitia, & temperantia quærere.

Mors autem vltimum non eſt, ſed extrema magis ſunt inferorum ſupplicia, quæ licet veriſſime narrentur, auertere tamen huiuſmodi animos nequeunt, quoniam ſi auerterent, nulli qui parētes ſcelerate pulſarent, vnquam reperirentur.

Decimus Platonis dialogus de legibus vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. Res oēs nonnulli aiunt, quæ fiūt, q̄ futuræ, quæq; factæ ſunt vel natura, vel fortuna, vel arte fieri Maxi-

ma dicunt, natura fortunaq; fieri, arte ve rò: minora: eamq; dicūt accepta à natura magnorum primorumq; operum genera tione fingere, fabricareq; minora oïa, quę artificioſa ab oïbus appellantur. Cum igitur maxime leges ab improbis hominibus corrumpantur, cuius nam magis quàm legum latoris officium eſt, auxilium ferre?

Solis quidem corpus omnes homines vident, animam nemo, nec etiam alterius animalium corporis, nec viui nec mortui idq; genus cum nullo corporis ſenſu percipiatur, ſola mente comprehenditur.

Non erit forſan difficile demonſtrare Deos nō minus minimarū rerū, quā maximarū curā habere cū præſertim pauloante dictū fuerit, eos omni virtute refertos, prouidentiā oïum ſibi propriā vendicare.

Anima vero, quæ virtutis maioris, vel vitijs compos eſt, quādo propria voluntate, & aſſidua conſuetudine vehementius permutata, diuinæ virtuti adhæſit, taliſq; præcipue facta eſt, in locum ſimiliter longe meliorem ſanctumq; transfertur, quæ vero contrario modo affecta eſt, in contrarium tranſlata vitā peragit. Quare nec

tu, nec alius vllus optet, cōfidatq; ſe adeo fœlicem fore, vt iudicium hoc Deorum effugiat atq; exuperet.

Platonis Dialogus 11. de legibus, vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes Nemo Dijs inuocatis, mendaciū dicat, aut decipiat, aut adulterare verbo, vel re quicquā audeat niſi Deo velit odio eſſe, cui quidem primum odio eſt, qui falſo iurans, Deos paruipendit. deniquc, qui coram maioribus ſe mentitur.

Honorentur boni viri, qui aut fortitudine, aut bellica quadam peritia ciuitatem totā ſeruauerint. Et maximi honores illis primo attribuantur, qui bonorum legum conditorum leges præcipue coluerunt.

Parentes negligere, nec Deus, nec homo mentis compos alicui vnquam conſulet. Pœnis vero maligni vexantur, non quia peccauerint. nam quod factum eſt, infectum eſſe non poteſt, ſed vt poſthac & peccatores ipſi, & qui puniri iniquitates viderunt, iniuſtitiam oderint, aut ſaltem minus in ſimili vitio peccent. De conuitio igitur hæc vna omnibus Lex ponatur, Nemo in aliquem conuitietur. Sed qui-

cunq; cum alio de re quapiam ambigit, diſcat potius, doceatq́; tam ambigentem, quàm præſentes ita, vt omni cōuitio prorſus abſtineat. Cum enim ſibi inuicem verbis turpibus maledicunt, muliebres habentur. Et in primis ex verbis, quæ certe leuiſſima res eſt, odia grauiſſima, & inimicitiæ, ſæpe naſcuntur.

Platonis Dialogus 12. de legibus, vel de legum latione.

Athenienſis Hoſpes. Nihil enim hac re melius, nihil præſtantius, nihil artificioſius vnquam erit ad ſalutem, & victoriam bello acquirendam, hoc ipſum etiam in pace ab ipſa pueritia ſeruent, aſſueſcantq́; alios ducere, & ab aliis duci, Soluta enim licentia, è vita penitus expellatur.

Exiſtunt vel in vulgo, & multitudine homines quidam diuini, quamuis pauci, attamen digni quibus cum conſuetudinē habeas, hi non magis in bene gubernatis ciuitatibus, quam in aliis oriuntur.

Ac re vera vnuſquiſq; noſtrum, animā ipſam immortalem eſſe credat. eamq́; ad Deos alios proficiſci rationemq́; ſuorum operū redditurā. in quo certe bonis viris

cõfidendũ eſſe, malis aũt formidandum.

Vt neminem vnquam Cuſtodē legum eligamus, aut cæteris virtute anteponamus, niſi diuinus ſit diuiniſq; ſtudijs operam dederit. Clinia. Par eſt igitur, vt ais, ſiquis in re diuina tardus, & ineptus ſit, vt is longe à rebus pulcherrimis arceatur.

Platonis Epitomis, id eſt legum appendix, vel Philoſophus.lib.35.

Athenienſis Hoſpes. Multi enim fluctibus huius vitæ iactati, illud prædicant, humanum genus felix, atq; beatum eſſe non poſſe hoium nihil hominē imitationi deditum ſapientem reddit. Imitatione vero ſublata, artes illæ reſtant, quæ inferendo auxilio verſari videntur. Hæ quidem multæ & variæ ſunt, ſed omnibus bellatrix, quam imperatoriam vocant, excellit: hæc ſummopere propter vſum probatur, ſed fœlicitate maxime indiget, & fortitudine magis naturali, quàm ſapiētia perficitur. Nautas quin etiam, gubernatoreſq; ferre auxilium non negabimus, nec tamen eorum quenquam ſapientem vocari ab aliquo permittemus. Neq; etiā ſapientes eos dici volumus, qui litigantibus dicendi vi-

ribus adſunt. Quippe cum memoria & vſu opinionis moribus ſe accommodent, & à veræ iuſtitiæ intelligentia procul aberrent. hæc enim omnia alij naturam, alij ſapientiam, alij Naturæ ſolertiam nuncupabunt. ſed nullus mentis compos, nec veræ ſapientem propter hæc eſſe quenquam concedet.

Antiquiorem omni corpore omnem animã eſſe, non recordamini? Nam quod melius, & antiquius, atq; quod diuinius eſt, id inferiore, ac viliore prius eſt. Et ſimiliter Dux ducto, & Princeps ſubiecto natura prius.

Vera enim ſapientia hac ratione quodammodo illi apparet, qui vel modicum quid rectę diuinęq; intelligẽtię nactus eſt. Dubitandum non eſt, quin bonus vir, ſapiens ſit dicendus. Nam qui diuini modeſtiq; ſimul, alijſq; virtutibus Natura præditi ſunt, ijs ſolummodo ſatis ad felicitatem omnia ſe habere videntur, his igitur, qui ita & priuatim, & publice in is elaborarunt, cum ad ſenectam peruenerint, maximos tradi magiſtratus iubemus.

LIBRE XXXVI. PLATONIS *Epiſtolarum duodecim.*

Dio Syracuſanus, Dionyſio bene agere.
Epiſtola 1.

Meminiſſe autẽ te volo, & alios Tragicos plurimos, cum tyrannum aliquem pereuntem inducunt, huiuſmodi illi voces attribuere, Heu miſer, pereo nullis fultus amicis. Auri vero defectu pereuntem aliquem, nullus adhuc retulit Poetarum.

Illud quoq; poeticam mentem habentibus valde probatur. Non auri fulgor, in miſera mortalium vita rariſſimi, non adamas, non argenteæ menſæ, quæ apud homines habentur in pretio, ita oculis coruſcant, neque lati fundi, aut pinguia culta, tantum valent ad vitam, quantum mens bonorum virorum conſentiens.

Plato, Dionyſio iuniori ſalutem.
Epiſtola 2.

Nunc autem in hoc duntaxat magnus ſum, quòd meipſum præſto rationi meæ obedientem.

Quo circa non eſt negligendũ à nobis, ſed cura habenda temporis ſubſequentis.

 Fit

Fit enim natura quadam, vt ignauiſſimi homines nihil curent, quæ ſit de ipſis futura opinio. Probatiſſimi autem viri cuncta faciant, quo in futuris ſeculis bene de ſe loquentes homines audiant. Quam ego coniecturam facio eſſe aliquē ſenſum ijs, qui mortui ſunt, rerum noſtrarū, quoniā optimi animi ſic forte diuinant, deterrimi autem nequaquā. Validiora vero ſunt diuinorum virorū præſagia, quam aliorum.

Plato, Dionyſio felicitatem.

Epiſtola. 3.

Conſpexeram enim iampridem, & nūc etiā perſpicio opes tam priuatorū, quam Principum; quanto maiores ſunt tanto magis inſidiatores & turpiū noxiarumq; voluptatū machinatores nutrire quo nihil pernicioſius gignit, atq; poteſtas.

Plato, Dion: Syracuſano bene agere.

Epiſtola. 4.

Itaque conſtare omnibus debet, tales nos eſſe quales uideri uolumus.

Rerum uero tuarum ſtatus huiuſmodi eſt, ut ex uniuerſo (ut ita dixerim) terrarū orbe unum in locum, & in illo ipſo, in te unum maxime oculi omniū ſint cōuerſi.

Tanquam igitur ſubiectus oculis, ſpectatuſq; ab omnibus, conare Lycurgum illum antiquum exprimere, & Cyrum, & ſiquis alius videatur vnquam moribus, & publicis inſtitutis excelluiſſe.

Memento igitur neceſſariam eſſe ad res agendas hominum beneuolentiam. Auſteritas vero, ſolitudinem amicorum parit.

Dio. Perdicæ ſalutem. Epiſtola. 5.

Eſt enim alia popularis, alia paucorum alia vnius gubernatio.

Plato, Hermiæ, Eraſto, & Corſico, bene agere. Epiſtola. 6.

Vtendumq; vobis pacto, & lege certa, etiam iureiurando, vt æquum eſt, interpoſito. non ſine eleganti ſtudio, atq; ſtudij ſorore diſciplina, teſtando Deum rerum omnium ducem præſentium, & futurarum, ac ducis & cauſæ Dominum. quem ſi vere philoſophemur, cognoſcemus aperte omnes quatenus felicis hominis natura poteſt attingere.

Plato, Dionis propinquis, & amicis, felicitatem. Epiſt 7.

Equidem Adoleſcens dum eſſem, eandem, quam pleriq; habui cupiditatẽ. Sta-

tueram enim cum primum mei ipſius compos factus eſſem, ad Rempublicam me conferre.

Tandem vero compertum eſt mihi, Reſpublicas omnes quæ nunc ſunt improbe gubernari. Nam quantum ad leges attinet, inſanabiliter fermè habent nullo inſtituto mirabili, ſed fortuna quadam viuentes.

Itaque non prius deſinere humanum genus in malis verſari, quã aut homines recte, vereq; philoſophantes rerum publicarum gubernationem adepti fuerint, aut hi qui gubernant, diuina quadã ſorte vere, philoſophentur. Hac ego mente Italiam Siciliamq; adiui. ego cum peruenisſem ad vitam illam, quam beatam vocãt, Italicarum Syracuſanarumq; menſacum plenam, nullo modo probaui. bis valet in die ſaturum fieri, & nocte nunquam iacere ſolum & cætera, quæ vitam hominis ſubſequuntur. Nemo enim omnium, qui ſub cœlo ſunt, ſi in huiuſmodi moribus ab adoleſcentia nutriatur, quamuis natura mirabili ſit, vnquam tamen prudens euadet. Temperatus certe eſſe nunquam

curabit, eademq; erit de cæteris virtutibus ratio.

Ciuitas autẽ nulla legum vllarum potentia quieſcere poterit, ſi cuncta ad ſuperfluos ſumptus eroganda ciues exiſtiment; cæteriſq; poſthabitis omnibus, conuiuijs duntaxat & Venereis oblectamentis obnixe putent operam impendendam.

Preces autem tyrannorum neceſſitati permiſtas eſſe non ignoramus.

Dionyſius autem carebat Amicis, fidisque hominibus. quo nullum maius eſt argumentum vel improbitatis, ſi deſint, vel probitatis, ſi adſint.

Et nanque viro, qui præclariſſima ſibi patriæ affectat, nihil vnquam niſi rectum, pulchrumq; poteſt accidere.

Nec vero quiſquam noſtrum natus eſt immortalis, neque ſicut id contingerit, eſſet is propterea felix, vt vulgo videtur. Credendum eſt etiam ſemper antiquis ſacriſq; verbis, quæ nobis nunciant immortalem eſſe animam, iudiceſq; habere, ſuppliciaq; pati maxima, poſtquam à corpore fuerit ſeparata. Quamobrem minus malum exiſtimandum eſt, perpeti grauiſ-

ſimas

ſimas iniurias à delinquentibus illatas, quàm inferre.

Neque ciuitatem, neque hominem vnquam fore fœlicem, niſi & cum prudentia, & ſub iuſtitia vixerit ſiue per ſe illas poſſideat, ſiue ſub ſanctorum Principum moribus rite educetur, atque erudiatur.

Et quod peſſimum eſt, ignorantis audaciam. ex qua mala omnibus omnia, & radicibus hærent, & pullulant.

Quamobrem qui tanquã potentiores rempublicã tenent, ſi ſalutẽ exoptant, ipſi inter ſe eligere, atque in honore præferre eos debẽt, quos eſſe audiuerint optimos.

At vero qui non ſunt re vera ſapientiæ amatores, ſed opinionibus duntaxat extrinſecus colorati, inſtar eorum qui ſub ſole vtuntur, atque colorantur cum audiuerint, quòd diſcenda ſint, quanto labore, quàm quotidiani victus temperantia philoſophiæ ſtudiis neceſſaria rem protinus ſibi duram impoſſibilemq́; rati, vt operam dent, adduci non poſſunt.

Pleriq́; vero ſibimet perſuadent, ſufficienter ſe omnia iam audiuiſſe, neque ſtudio prorſus vllo vlterius indigere.

Plato.

Plato, Dionis propinquis, & amicis felicitatem. Epiſt. 8.

At vero nequaquam id facile eſt, vt qui multa alijs inferunt damna, ipſi non multa viciſſim ab alijs patiantur.

Omnibus enim in rebus & dic.

Cogitandis, principium ſemper à Dijs eſt faciendum.

Seruitus.n.& libertas ſi modũ excedat, vtraq; mala eſt ſi modum obſeruet, vtraq; bona. Moderata quidem ſeruitus eſt, quæ Deo exhibetur. immoderata, quæ hominibus. Deus quidem hominibus temperatis lex eſt, intemperatis vero, voluptas.

Sed cum tria ſint, anima, corpus, pecunia, virtutem animi maxime anteponant. ſecundo vero loco, virtutem corporis virtuti animi ſeruientem. tertio vltimoq; gradu pecuniarum precium collocent, animo corporiq; miniſtrans. Quæcunque lex hęc efficit, recta eſt, re vera beatitudinem vtentibus afferens.

Locupletes vero beatos appellare, ſermo amens eſt, & infelix, mulieribus, pueriſq; conueniens. atq; eos, qui id credunt, tales efficiens.

Plato,

Plato, Architæ Tarentino bene agere. Epiſtola. 9.

Sed illud quoq; te conſiderare oportet. nullum noſtrum ſibi ſoli natum eſſe. Sed ortus noſtri ſibi patriam vendicare, partē parentes, partem amicos. multa in ſuper pro temporum diuerſitate nobis accidere, quibus vita noſtra occupata eſt.

Plato Ariſtodoro ſalutem. Epiſt. 10.

Nam firmitatem, fidem, ſynceritatem, veram eſſe philoſophiam exiſtimo. alias vero & ad alia declinantes ſcientias, & facultates, ſi quis ornamenta dixerit, recte, vt arbitror, appellabit.

Plato, Loadamanti felicitatem. Epiſt. la. 11.

Nam ſi putant aliqui legum quarum libet poſitione ciuitatem bene quandoque conſtitui poſſe, niſi ſit aliquis cum authoritate præſidens ciuitati, quotidianæ omnium vitæ moderator adeo, vt ſit temperata & fortis, tam in ſeruis, quàm in liberis non recte putant.

Platonis in Timæo.

A Deo mundus eſt factus.

Author maximus, eſt Deus.

Anima,

Anima, eſt coniuncta corpori, vt fruatur ſcientiis, & virtutibus ſi enim cum feruore magno, eam inuenerit, benigne à ſuo Creatore recipietur. ſi uero contrarium, relegabitur ad inferna.

Bonitas Dei, fuit cauſa factionis mundi, & originis omnium rerum.

Deus, eſt ſummum bonum; ſuper omnemq́; naturam, quem cuncta expectant.

In omnibus tam maximis, quàm minimis debet implorari auxilium Dei.

In rebus ſublimibus mediocrem explanationem habere, onus eſt laboris.

In omni Tractatu fieri debet, vt inter initia cōſideretur, quid ſit, de quo agitur.

Non decet, rem antiquiorem à poſtgenita regi.

Nihil eſt maius philoſophia.

Nunquam ad humanum genus, diuina munificentia venit.

Nihil eſt cuius ortum cauſa legitima, & ratio non præceſſerit.

Tempora, maxime diſtinguuntur per motum Solis.

ARISTO-

ARISTOTELIS
LIBER DE POETICA.

Libri primi.

ARs poetica, eſt ars rationalis.

Animus virtutis ſtudioſus, & nobilis adinuenit artem carminum ad laudandum bona, ad vituperandum vero, vitioſa.

Bonitas artis laudandi, conſiſtit in metro prolixo & non curto.

Compoſitor metrorum, in naturalibus potius dominandus eſt Author ſermonum, quàm Poeta.

Doctrina, naturaliter procedit de homine ad hominem ſecundum operationes, quas habet Doctor ad diſcipulum.

Exemplis vtimur in dicendo, vt facilius intelligatur illud, quod dicitur.

Homo, naturaliter delectatur ſymphonia, & metro.

Omnis oratio poetica, vel eſt laudatio, vel vituperatio.

Ita, eſt triſtitia, eſt perturbatio quædam in vehementi appetitu vindictæ.

In infimo, eſt continua triſtitia, & mœror inconſolabilis.

Locus optimus in bello, eſt medius. Quia fortes, tenent locum medium inter audaces, & timidos.

Omnis ſermo, ſi breuior fuerit, quàm oporteat obſcurat intellectum ſi longior, difficilis erit retentioni, & diſcipulo obliuionem inducit.

Oportet. vt ars in hoc naturã imitetur, vt omnia quæ agit, agat propter finem.

Rebus non exiſtentibus in natura, non imponuntur nomina, niſi raro.

Res quarum natura eſt, vt caſu accidant mirabiles exiſtunt.

Totum, & completum eſt, quod habet principium, medium, & finem.

Commentator.

Ars in inferno, continua triſtitia, & mœror inconſolabilis.

In quolibet genere eſt aliquod bonũ, licet in eo inueniantur aliqua non bona.

Litera, eſt ſimplicium corũ, quæ locu-

tionem

tionem conſtituunt.

Nullus in tantum læditur, & contriſtatur propter malũ illatũ ab inimicis, quantum triſtatur malo illato ab Amicis.

Propter conſuetudines malas & peruerſas, nullus laudatur.

Quòd non credit quis, non mouet eum ad timendum, vel ſperandum.

Qui beneficia inuenit, cõpedes inuenit.

Res non eſt ſtabilis, quæ cum fluxu huius temporis eſt fluxibilis.

Suaue eſt homini, quod conſueuit tota vita ſua.

Ariſtotelis Rhetoricorum, *libr. 3.*

Libri primi.

Amor, & odium, & propriũ cõmodum, faciunt ſępe Iudicẽ non cognoſcere verũ.

A ſimilibus ſimilia non licet fieri.

Addiſcere aliquid, delectabile eſt.

Bonum eſt, cuius contrariũ eſt malum.

Conſilium, non eſt de fine; ſed de his, quæ ſunt ad finem.

De neceſſariis, & impoſſibilibus, non conſultamus, ſed de contingentibus, & aliter ſe habere potentibus, quæ in noſtra poteſtate ſunt.

Diligere, delectabile eſt. Quia nullus amat eum, qui non delectatur ipſo.

Exercitium, inquam pluribus conſeruat ſanitatem.

Facilius eſt, habere vnum, vel paucos bene ſapientes, quàm multos.

Facilia ſunt, quęcunque ſine triſtitia, & in modico tempore fiunt.

Honor, eſt benefacti, ac operationis, ſignũ. Et nõ ſolũ honorantur illi, qui beneficia pręſtiterunt, ſed & qui dare poſſunt.

Iuſtũ eſt, facere gratiã ei, q̃ gratiã facit.

Iuſtum eſt auxiliari Amicis.

Laus, eſt ſermo elucidans magnitudinem virtutum.

Multi virtutibus corporis longæui inueniuntur.

Multa q̃ naturaliter nõ ſunt delectabilia, cũ aſſuefacta fuerint, delectabilia fiũt.

Nulla ars conſiderat particulare, quia ea ſunt infinita, & non ſcibilia.

Nobilitas ſingularis eſt, quæ à viris ac mulieribus fit propter diuitias, vel virtutes, vel propter aliquid aliud, propter quod homo honoratur.

Nobilitas Gentis, & ciuitatis, eſt ſui in-

ris antiquos eſſe,& Præſides, Principes, & multos inſignes exiſtis produſſe.

Omnia bonum appetunt.

Omne conſuetum, eſt delectabile.

Pulchrius eſt, eſſe amatorem ſociorum quàm pecuniæ.

Quod conſuetum eſt velut innatũ eſt.

Quicquid fuerit ſuperabundantius, & maius, quàm eſſe debebat, hoc eſt malum.

Rhetorica, eſt aſſecutiua dialecticæ.

Rhetorica, docet vera & iuſta perſuadere, & horum contraria fugere.

Simpliciter, ad ſimpliciter magis, ad magis maximum, ad maximum, & contra.

Subtiliter videre, melius eſt, quàm adorare. Quia viſus, melior eſt odoratu.

Si eſt turpe nõ poſſe defendere ſe corpe turpi⁹ eſt, nõ poſſe defendere ſe ſermone.

Si per plura dictum fuerit, magis planum erit, quod dicitur.

Sine cauſa, & principio, impoſſibile eſt aliquid eſſe, vel fieri.

Libri ſecundi.

Ad omnem iram ſequitur delectatio, propter ſpem puniendi.

Amare, eſt alicui velle bona gr̃a ipſius.

Amic⁹ eſt q amat,& e cõuerſo amatur.

Amicus,gaudet bonis, & condolet triſtibus Amici ſui.

Aliena tanquam propria narrare, iactantia eſt.

Ira,eſt factiua inimicitiæ,& odij.

Impie agunt,q dicũt deos fieri,& mori.

Ira, eſt appetitus, punitionis propter apparentem paruipenſionem ſui, vel ſuorum.

Laudare præſentem, adulatoris eſt.

Manſuetudo,eſt quietatio iræ.

Manifeſta negare, irreuerentia eſt.

Multi ſunt, qui indigent habentibus.

Nullus ſeipſum paruipendit.

Nobilitas, eſt progenitorum.

Nihil eſt ſine cauſa.

Obliuio, ſignum eſt paruipenſionis,& ideo factiua iræ.

Omne erubeſcibile eſt.

Omnis fur, malignus eſt.

Peiores ſunt nuper ditati, quàm ditati ab antiquo.

Siquis in philoſophia honoratus, iraſcitur ei,qui deſpicit eam

Seruos negantes, & cõtradicentes magis

gis flagellamus,

Signa voluntatis ſunt, delectationes, & triſtitiæ.

Separari ab Amicis, & conſuetis, mirabile eſt.

Tempus, quietat iram.

Turpe eſt ignorare, quod omnibus ſcire conuenit.

Vbi præſes fuerit philoſophus, ibi ciuitas eſt felix.

Libri tertij.

Contraria iuxta ſe poſita, magis elucеſcunt.

De futuris, non eſt determinatio, ſed de factis.

Honeſtas, & turpido nominis, vel eſt in ſignato, vel ſigno.

Infinitum, non ſcibile.

Intellectus, eſt lumen, quod Deus infundit animæ.

Omnia, terminantur numero.

Omnem transferentem oportet, transferre à ſimilibus, & manifeſtis.

Oportet dare viam animæ auditoris, quæ fit per procemium.

Procemium, eſt principium oratitionis.

Procœmium, ſe habet in oratione: ſicut præludium, in fiſtulis.

Procœmium, auditores debet facere dociles, attentos, & beneuolos.

Quod admirabile eſt, delectabile eſt.

Qui ſpoliant mortuos aſſimulantur canibus, qui mordent lapides.

Qđ breuius eſt, ſemp̱ eſt delectabilius.

Porphyrij, Vniuerſalium Liber.

Scire quid ſit vnumquodq́; quinque vniuerſalium, eſt vtile ad ſcientiam decem prædicamentorum.

Capitis, de genere.

Genus, & ſpecies, non dicuntur ſolum vno modo.

Genus eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid.

Patria, eſt principium rei, quemadmodum & pater.

Socrates, de vno ſolo prædicatur.

Capitis, de ſpecie.

Diuiſio generis, ſemp̱ eſt ĩ plures ſpẽs.

Generaliſſimum eſt, ſupra quod non eſt aliud genus.

Generaliſſima, ſunt decem.

Indiuidua, ſunt infinita.

Infinita,

Infinita, ſecundum Platonem relinquenda ſunt ab arte. eorum enim nō fieri poteſt diſciplina.

Indiuiduum, quibuſdam proprietatibus conſtat, quarum collectionem in alio inueniri, eſt impoſſibile.

Neceſſe eſt in rationibus generis, & ſpeciei vtriſque.

Participatione ſpeciei plures homines, fiunt vnus homo.

Principia prima ſunt decem.

Quod prædicatur de alio, vel eſt ſibi æquale, vel ſibi ſuperius.

Species eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero ſolum in eo quod quid.

Specialiſſimum eſt, poſt quod non alia inferior ſpecies.

Siquis prima decem genera vocet entia æquiuoce ea nuncupabit.

Specialiſſima ſunt in numero quodã, non tamen definito.

Capitis, de differentia.

Animal, eſt ſubſtantia aĩata, ſenſibilis.

Differentia eſt, quod prędicatur de pluribus differentib. ſpecie in eo, quod quale.

Eſſe

Eſſe in cuiq; vnum & idem, nec intenſionem, nec remiſſionem ſuſcipiens eſt.

Genus, non prædicatur ſecundum magis & minus de eis, quorum eſt genus.

Genus, continet poteſtate omnes differentias actu vero, nullam.

Genus, eſt tanquam materia differentia vero, tanquam forma.

Rationales ſumus nos, & dij, ſed mortale additum, ſeparat nos ab illis.

Capitis, de proprio.

Proprium eſt, quod ineſt omni, ſoli, & ſemper.

Capitis, de accidente.

Accidens eſt, quod adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem.

Capitis, de communitatibus.

Ablatis omnibus differentijs, non propter hoc auſertur genus.

Commune eſt omnibus quinque vniuerſalibus, prædicari de pluribus.

Genus, conſimile eſt materiæ differentia vero, formæ.

Illa differunt, quorum diffinitiones differunt.

Perempto genere, vel differentia, perimuntur,

muntur, quæ ſunt ſub ipſis.

Ariſtotelis Prædicamentorum Liber.

Capitis primi.

Denominatiua dicuntur, quæcunq; ab aliquo ſolo caſu differentia, ſecundum nomen habent eandem appellationem.

Aequiuoca dicuntur, quorum ſolũ nomen commune eſt ratio vero ſubſtantiæ, diuerſa eſt.

Vniuoca dicuntur, quorum nomen commune eſt, ratio ſubſtantiæ eadem.

Capitis ſecundi.

Eſſe in ſubiecto, eſt eſſe in alio, non ſicut in ſuo toto, ſed impoſſibile eſt ſine eo, in quo eſt.

Omnis color, eſt in corpore.

Capitis tertij.

Quãdo alterum de altero prædicatur, vt de ſubiecto, quicquid prædicatur de prædicato, prædicatur & de ſubiecto.

Capitis quarti.

Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecies, & differentiæ.

Capitis quinti.

Incomplexa, non ſunt vera, neq; falſa.

Omnis

Omnis affirmatio, eſt vera, vel falſa.

Capitis de ſubſtantia.

A principi ſubſtãtia nulla fit p̃dicatio.

Album, nihil aliud ſignificat, quàm qualitatem.

Ab eo quod res eſt, vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa.

Commune eſt omni ſubſtantiæ, in ſubiecto non eſſe.

Deſtructis primis ſubſtantijs; impoſſibile eſt aliquid aliorum remanere.

Maxime proprium ſubſtantiæ eſſe, eſſe ſuſceptiuum contrariorum.

Omnis ſubſtantia, videtur hoc aliquid ſignificare.

Prima ſubſtantia eſt, quæ proprie principaliter, & maximè conſtat.

Subſtantiæ, nihil eſt contrarium.

Subſtantia, nõ ſuſcipit magis, & minus.

Capitis, de quantitate.

Albũ eſt tãtũ, quãta eſt eius ſuperficies.

Proprium eſt quantitatis, æquale, & inæquale dici.

Quod dictũ eſt, nõ põt amplius ſumi.

Quantitati, nihil eſt contrarium.

Quantitas, nõ ſuſcipit magis, & minus.

Capitis,

Capitis, de relatione.

Aliquando eſt neceſſe nomina fingere, ſi non erit nomen impoſitum.

In relatione, eſt cõtrarietas, nõ tñ in oĩ.

Multa ſunt aĩalia, capita non habentia.

Non omnia relatiua, ſuſcipiunt magis, & minus ſed bene aliqua:

Omnia relatiua, dicũtur ad cõuertẽtiã.

Quicunq; nouit definite vnum relatiuorum, definire nouit & reliquum.

Relatiua, ſunt ſimul natura, ſed nõ oĩa.

Relatiui eſſe, eſt ad aliud ſe habere.

Scibile aliquod eſt, cuius tamen ſcientia non eſt.

Scibile eſt, priuſquàm ſcientia. & ſenſibile quàm ſenſus.

Capitis, de qualitate.

Diſpoſitio, eſt qualitas de facili mobilis à ſubiecto.

Habitus, eſt qualitas de difficili mobilis à ſuo ſubiecto.

Qualitati ineſt cõtrariũ, ſed non omni.

Qualitas, ſuſcipit magis & minus.

Sciẽtia eſt, ꝑmanẽtiũ, & difficile mobiliũ.

Capitis de oppoſitis.

A priuatione ad habitum, impoſſibilis

ſic

eſt egreſſus.

Bonum & malum, non ſunt in genere, ſed ſunt genera aliorum.

Contrariorum immediatorum neceſſe eſt, vnum ineſſe ſemper ſuſceptibili. mediatorum vero, non.

Habitus & priuatio, poſſunt fieri circa idem.

Non eſt poſſibile, ignem fieri frigidum. & niuem, nigram.

Oppoſito, eſt quadruplex contraria, contradictoria priuatiua & relatiua.

Priuari dicimus vnumquodq;, quando id quod natum eſt habere, non eſt habitus, & priuatio.

Capitis, de priori.

Prius, dicitur quadrupliciter, ſecundũ tempus, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ſecundum ordinem, & ſecundũ honorem.

Capitis de ſimul.

Simul, dicitur tripliciter, ſimul tempore natura, & quæ ex oppoſito diuidunt idem genus.

Capitis, de motu.

Alteratio, eſt mutatio ſecũdũm qualitatẽ.

Quies,

Quies, eſt motui contraria ſimpliciter.

Species motus,ſunt ſex generatio, corruptio argumentum; diminutio, alteratio, & ſecundum locum mutatio.

Glib.Porretani,liber.6.Principiorum Prologi.

Creator naturam numero ſtabiliuit.

Forma eſt, compoſitioni contingens. ſimplici,inuariabili eſſentia conſiſtens.

Forma ſeiungitur à natura compoſitionis.

Figure inciſionis,eſt à natura.

Natura occulte operatur in vniuerſalibus.

Omnis communitas naturalis, à ſingularitate procedit.

Omne compoſitum, aduenienſ compoſito facit maius.

Subſtantiale eſt quod ex quadam compoſitione confert eſſe, & impoſſibile eſt deeſſe rei.

Capitis,de actione.

Actio eſt, ſecundum quam id, quod ſubiicitur,agere dicimur.

Actio corporis, mouet id in quo eſt actio,vero animæ,non.

Anima

Anima dum agit, immobilis permanet.

Agere, & pati, recipiunt contrarietates, & magis, & minus.

Impoſſibile eſt, non corpus, in corpore moueri.

Locus eſt, corpus anima vero, non.

Naturalis proprietas actionis eſt, ex ſe paſſionem in id, quod ſubiicitur, inferre.

Omnis actio, in motu eſt & omnis motus, in actione firmatur.

Capitis, de paſſione.

Paſſio, eſt effectus illatioq; actionis.

Paſſio, eſt prima generatio actionis.

Paſſio, eſt in paſſo.

Capitis, de quando,

Anima coniuncta corpori, inſequitur complexiones corporis.

Quando eſt; quod ex adiacentia temporis relinquitur in re temporali.

Quando, nihil eſt contrarium.

Capitis, de Vbi.

Anima, nullum locum occupat.

Duo corpora, nō poſſunt eſſe ſimul in eodem loco, nec vnum in diuerſis locis.

In loco eſt, quicquid à loco circūſcribit.

Locus, non eſt ſine corpore; nec corpus,

pus, ſine loco.

Vbi eſt circunſcriptio, à loci circunſcriptione procedens.

Vltima ſphæra non eſt in loco.

Capitis, depoſitione.

Contraria, habent fieri, circa idem.

Poſititio, eſt ſitus partium, & generationis ordinatio.

Poſitioni, nihil eſt contrarium.

Poſitio, non ſuſcepit magis, & minus.

Propriũ eſt poſitioni, aſſiſtere ſubſtãtię.

Sedere, ſolum competit rationabilibus.

Capitis de habitu.

Habitus, eſt corporum, & eorũm quæ circa corpus ſunt adiacentia.

Habitus, ſuſcipit magis, & minus.

Habitui, nihil eſt contrarium.

Proprium habitus eſt, eſſe in pluribus.

Libri duo, de interpretatione.

Capitis primi.

Circa compoſitionem, conſiſtit veritas, vel falſitas.

Ea quæ ſunt in voce, ſunt notæ earum paſſionum, quæ ſunt in anima.

Literæ & voces, non ſunt eædem apud oẽs aiæ vero paſſiones & res, ſunt eædem.

Scripta, ſunt notæ eorum, quæ profe-runtur.

Capitis ſecundi.

Catonis, vel Catoni non ſunt nomina, ſed caſus nominum, & ſic de ſimilibus:

In nomine compoſito pars nihil per ſe ſignificat.

Nomen eſt, vox, ſignificatiua cum pacto, ſine tempore cuius nulla pars ſignificat, ſeparata.

Non homo, non eſt nomen neque negatio, ſed nomen infinitum.

Nomen naturaliter nihil eſt, ſed quando fit nota.

Capitis tertij.

Currit, & currebat, non ſunt verba, ſed caſus verbi.

Hoc verbum eſt, ſignificat quandam compoſitionem, quam ſine extremis non eſt intelligere.

Non currit, non verbum, ſed eſt verbum infinitum.

Verbum eſt, quod conſignificat tempus, cuius pars, nihil ſeorſum ſignificat, & eſt ſemper eorum, quæ de altero predicantur nota.

Capitis quarti.

Animal greſſibile bipes, eſt vnum, & nõ multa.

Affirmatio, eſt enunciatio alicuius de aliquo.

Non omnis oratio, eſt enunciatiua, ſed alia in qua eſt verum, vel falſum.

Negatio eſt enũciatio alicui' ab aliquo.

Oratio, eſt vox ſignificatiua, cuius partes aliquid ſignificant ſeparatim.

Oratio eſt ſignificatiua, nõ ſicut inſtrumentum, ſed cum pacto.

Oratio vna eſt, quæ ſignificat vnum de vno, vel coniunctione.

Orationes plures ſunt, quæ ſignificant plura, & non vnum, vel inconiuncte,

Omnem enunciatiuam neceſſe eſt, eſſe ex verbo, vel caſu verbi.

Capitis quinti.

Affirmatio, eſt oppoſita oĩ negationi.

Hoc ſignum omne, non eſt vniuerſale, ſed ſignificat vniuerſaliter.

Nulla affirmatio erit vera, in qua prædicabitur vniuerſale vniuerſaliter ſumptũ.

Negatio, eſt oppoſita oĩ affirmationi.

Non eſt idem dicere, homo non eſt al-

bus, & nemo eſt albus.

Omne affirmatum, contingit negari.

Omne negatum, contingit affirmari.

Quod ſit, non eſt.

Rerũ aliæ ſunt vniuerſales aliæ particulares.

Singulare eſt, quod non natum eſſe in pluribus.

Vniuerſale eſt, qđ eſt natũ eſſe in plurib⁹.

Vni affirmatiõi, vna negatio eſt oppoſita.

Capiti ſexti.

Non omnia eueniunt ex neceſſitate, multa fiunt à caſu, & ad vtrumlibet.

Omne quod eſt dũ eſt, neceſſe eſt eſſe.

Propter noſtrum affirmare, vel negare, nihil in re ſequitur.

Libri ſecundi, de interpretatione.

Capitis primi.

Hic terminus omne, non ſignificat vniuerſale, ſed quoniam vniuerſaliter.

Neceſſe, aliquem hominem eſſe.

Præter verbum, nulla eſt affirmatio, vel negatio.

Verba & nõia trãſpoſita, idẽ ſignificãt.

Capitis ſecundi.

Impoſſibile eſt, duo contradictiora vera reddi de eodem.

Idem poſſibile eſt, eſſe, & non eſſe.

Non differt dicere, hominem ambulare, & hominem ambulantem eſſe.

Omnis interrogatio dialectica, petit vnam reſponſionem.

Topicorum libri.

Libri primi.

Accidens eſt. quod contingit eidem inesse, & non ineſſe. cap.4.

Contrariorũ eadẽ eſt diſciplina. cap.11.

Dialectica eſt, vtilis ad tria ad exercitationem ad obuiationem, & diſciplinas philoſophicas. cap.1.

Dialectica, ad omnium methodorum principia viam habet. cap.2.

Genus eſt. quod prędicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid. cap.4.

Inductio, eſt progreſſio à ſingularibus ad vniuerſalia. cap.10.

Illud ponit aliquis, quod à viro probato dictum eſt. cap.11.

Melius ponit, Vnum ens tantum. ca.9.

Non omne, quod videtur probabile, eſt probabile. cap.2.

Non oportet omne problema, aut omnem poſitionem conſiderare. ſed quando

dubitabit aliquid rationis indigentium, non pœnæ ſenſitiuæ. cap.9.

Oīs aqua,oī acquæ eſt eadē ſpecie ca.5.

Philoſophi, propter veritatem debent etiam ſibi contradicere. cap.8.

Prima & vera ſunt,quæ per ſeipſa,& nō per alia fidem præbent. cap.1.

Probalia ſunt,q̄ videntur oībus,aut pluribus , aut ſapientib.& his vel oī,vel plutibus,vel maxime notis & precibus. cap.1.

Propriū eſt,qđ nō indicat,quid eſt eſſe rei ſoli aūt ineſt,& cōuerſim p̄dicat. cap.4.

Quolibet cōtrariā opinionibus ſapientis proferēte ſoliciū eſſe,ſtultū eſt. cap 9.

Qui dubitant,vtrum oporteat Deos veteri , & parentes honorare, an non indigent pœna. cap.9.

Qui dubitat, vtrum nix ſit alba,indiget ſenſu . cap.9.

Quot modis dicitur aliquid oppoſitorum,tot modis dicitur & reliquū. cap.12.

Rhetor non ſemper perſuadet,nec Medicus ſemper ſanat. cap.22.

Syllogiſmus dialecticus eſt, qui ex probabilibus eſt collectus. cap.1.

Syllogiſmus litigioſus eſt,qui ex ijs quę videntur

videntur probabilia,& non ſunt, eſt collectus. cap.1.

Tres ſunt ſpecies propoſitionum ethicæ,phyſicæ,& logicæ. cap.11.

Vnumquodq; primorum principiorū, & eſt ſibi ipſi fides. cap.1.

Libri ſecundi.

Animalia ſemper nutriuntur,nō tamen ſemper augentur. cap.13.

Dulce,per ſe deſideratur.vinum autem, per accidens. cap.8.

Homines vt in pluribus ſunt mali,in paucioribus autem boni. cap.16.

Iniuſtitiam facere, non ineſt Deo:quia in iuſtitiā facere idē eſt, qđ ſponte nocere Deo.Deo aūt,nō cōtingit nocere. cap.5.

Inuidus eſt, qui triſtatur de proſperitate bonorum. cap.5.

Impoſſibile eſt, contraria eidem ſimul ineſſe. cap.21.

Idē eſt ſuſceptibile contrariorū.cap.21.

Motis nobis, mouentur omnia quæ ſunt in nobis. cap.21.

Nullum genus, prædicatur denominatiue de ſuis ſpeciebus. cap.3.

Plura ſcire contingit, ſed non intelli-

gere. cap 26.

Quod iuſte fit, ſcieſter fit, quod vero iniuſte, ignoranter. cap. 25.

Quæcunq; inſunt ſpeciei, inſunt etiam generi. cap. 11.

Quorum generationes ſunt bonæ, ipſa ſunt bona, & quorum ſunt malæ, ſunt mala. Quorum vero corruptiones ſunt bonę, ipſa ſunt mala quorum ſunt malæ, ipſa ſunt bona. cap. 4.

Reprehenſor eſt, qui triſtatur de proſperitate malorum. cap. 5.

Scientia, eſt præſertim, & futurorum reminiſci autem præteritorum. cap. 13.

Si de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, nec de quo minus, & ſi de quo minus videtur ineſſe, & ineſt, & de quo magis. cap. 27.

Simpliciter dico, quod nullo addito dico. cap. 30.

Libri tertij.

Amicitia, melior eſt diuitijs. cap. 2.

Cuius finis eſt melior, ipſum quoque eſt melius. cap. 2.

Decor eſt, quędam cōmenſuratio membrorum. cap. 2.

Finis

Finis magis eſt eligendus quàm ea quæ ſunt ad finem. cap.2.

Illud eſt albius, quod nigro eſt impermiſtius. cap.96.

Magis eligenda eſt beatitudo, quàm prudentia. cap.2.

Melius eſt, bene viuere q̃ viuere. cap.4.

Melius eſt non indigenti neceſſarij, philoſophari, quàm ditari. cap.4.

Nullus honorat diuitias propter ſe, ſed propter aliud amicitiam vero ſic. cap.2.

Omnia bonum appetunt. cap.1.

Obliuiſci eorũ, quæ quis fœde egit, bonorum eſt. reminiſci vero, malorũ. cap.10.

Quod propter ſe eſt eligibile, magis eſt eligendũ, quàm qđ propter aliud. cap.2.

Robur, exiſtit in neruis, & oſſib. cap.2.

Studere negamus, vt ingenioſi eſſe videamus. cap.5.

Tale additum tali, facit ipſum magis tale. cap.9.

Libri quarti.

De quibus ſpecies prædicatur, oportet & genus prædicari. cap.1.

Differentia, nunquam participat genere, ſed bene ſpecie, & indiuiduo. cap.3.

Donum

Donum eſt, datio non redibilis. cap. 9.
Genus ſemper de pluribus prædicatur, quàm ſpecies. cap. 1.
Impoſſibile eſt aliquo participare genus, quo non participiet aliqua ſuarum ſpecierum. cap. 1.
Omnis memoria, eſt in anima. cap. 9.
Pars, nullo modo prædicatur de ſuo toto. cap. 12.
Parui dicuntur omnes, ſecundum appetitum. cap. 11.
Quando vna ſpecies ſub duobus generibus continetur, alterum ſub altero contineri oportet.

Libri quinti.

Conturbat audientem, quod frequenter dicitur. cap. 4.
Gratia diſcendi, proprium facinus & diffinitiones. cap. 2.
Ijſdem in quàm tum eadem, eadem inſunt, vel non inſunt. cap. 2.
Incertum eſt, ſi occident Sol, an adhuc ſit ſuper terram, eo quòd tunc ſenſum amittimus. cap. 9.
Impoſſibile eſt, idem eſſe proprium plurium. cap. 20.

Obſcurum

Obſcurũ eſt, qđ multipliciter dr̃. cap. 3.

Omne ſenſibile, extra ſenſum factum incertum eſt. cap. 9.

Quod per ſuperabundantiam dicitur, vni ſoli conuenit. cap. 15.

Scire, & ſentire, dupliciter dicuntur, habere, & vti. cap. 3.

Tres ſunt ſpecies ignis, lux, flamma, & carbo. cap. 15.

Libri ſexti.

Ductio, & commenſuratio, ſunt æquiuoca. cap. 2.

Diffinitio, debet dari per notiora, & priora. cap. 4.

Dies, eſt latior Solis ſuper terrã. cap. 5.

Differentia, prior eſt ſpecie, & poſterior genere. cap. 8.

Eorum quæ in diffinitione ponuntur, genus maxime videtur ſignificare ſubſtantiam diffiniti. cap. 17.

Phlegma, eſt, humidum primum à cibo indigeſtum. cap. 3.

Finis in vnoquoque, eſt optimum, & gratia cuius alia fiunt. cap. 14.

Genus, non prædicatur per ſe de differentia. cap. 8.

Imago,

Imago, eſt cuius generatio eſt per ſimilitudinem. cap 2.

Illud eſt ſuperfluũ in diffinitione, quo oblato illud quod remanet, manifeſtat diffinitum. cap. 3.

Impoſſibile eſt, vnum oppoſitorum cognoſci ſine alio. cap. 5.

In diffinitione, debet poni genus proximum, aut omnes differentiæ determinantes genus propinquum. cap 6.

In aliquibus agere magis faciet finem, quàm egiſſe. cap. 4.

Impoſſibile eſt, incorporeum corpore miſceri. cap. 20.

Magis amans, non magis concupiſcit coitum. cap. 21.

Non ſolum qui clam tollit, ſed etiam qui palàm tollere vult, latro eſt. cap. 20.

Oportet diffinientem, planiſſima interpretatione vti. cap. 2.

Omne inconſuetum, eſt obſcurũ. ca. 2.

Omne transferens, ſecundum aliquam ſimilitudinem transfert. cap. 2.

Omnis bona diffinitio, debet conſtare ex genere, & duabus differentiis. cap 4.

Oppoſita ſunt ſimul natura. cap. 5.

Omnis

Omnis differentia ſpecifica, cum genere facit ſpeciem. cap 7.

Omnis paſſio magis facta abijcit à ſubſtantia differentia vero, ſaluat id cuius eſt differentia. cap.9.

Omnes, honorem appetunt. cap. 24.

Oportet ſemp ad indigẽs niti. cap. 24.

Qui bene diffinit, contraria conſignificat. cap. 2.

Qui diffinit ſcientiam, quodammodo etiam ignorantiam diffinit. cap 14.

Qui circa aliquas voluptates retinetur luxurioſus dicitur. cap. 14.

Simpliciter, notum non eſt quod ab omnibus notum eſt, ſed à bene diſpoſitis intellectu. cap. 4.

Vni⁹ rei, nõ ſũt plures diffinitiões. ca. 4.

Libri ſeptimi.

Diffõ, non eſt aliud, q̃ res diffinita. ca. 4.

Facilius eſt deſtruere, q̃ cõſtruere. ca. 8.

Oportet id quod optimum, & maximũ dicitur, eſſe vnum numero. cap. 2.

Quæcunq; ſunt ſimpliciter eadẽ, eorũ gñationes, & corruptiões, ſunt eadẽ. ca. 1.

Quæ ambo eidem non ſunt eadem, ſibi inuicem non ſunt eadem. cap. 3.

Veriſimile eſt, in multis magis fieri peccatum, quàm in paucis. cap. 9.

Libri octaui. Partis prima.

Dialectica propoſitio eſt, contra quam ſic in pluribus ſe habentem, non eſt dari inſtantiam. cap. 6.

Diſputanti, non eſt vtendum ſyllogiſmo ad impoſſibile. cap. 7.

Maiori bono, maius malum opponitur. cap. 6.

Vna ſcientia eſt melior alia, aut quia certior, vel quia de meliori. cap. 4.

Pars ſecunda.

Cum reſpondenti proponitur multiplex, quod non intelligit, conceſſum eſt ei dicere, non intelligo. cap. 4.

Diſcenti, ſemper ſunt ponēda vera. ca. 1.

Falſum, ſemper colligitur ex falſis. ca. 8.

Ille ſoluit orationem falſam, qui interimit propter quid eſt falſa. cap. 5.

Nihil prohibet, propoſitionem aliquã per ſe eſſe vituperabilem. ad problema autem, laudabilem, & contra. cap. 8.

Prauus ſoci⁹ eſt, q̃ impedit cõe opus. c. 7.

Peccatum eſt, aliquid oſtendi per longiora, quod ineſt per pauciora. cap 9.

Qui

Qui ex improbabilioribus concluſiõne colligere conant̃,nõ bene colligũt.cap.3.

Qui litigatorie interrogat, praue diſputat. cap.7.

Quã bene nati ſunt,bñ facere pñt.ca.12.

Sophiſma, eſt ſyllogiſmus litigatorius. cap.11.

Elenchorum. Libri primi.

Contraria iuxta ſe poſita,maiora,& minora meliora,& peiora,apparent. cap.12.

Duo ſunt opera ſapientis, vnum eſt nõ mentiri,de quibus nouit.aliud, mentientem poſſe manifeſtare. cap.1.

Difficile eſt,ſimul multa cõſpicere c.22

Elenchus,eſt ſyllogiſmus contradictionis vnius & eiuſdẽ,ad idem, & ſecundum idem,& in eodem tempore. cap.3.

Homines conturbati,minus cõſeruant orationes. cap.12.

Imperiti, velut diſtantes longe ſpeculantur. cap.1.

Non contingit, res ipſas ferentes diſputare,ſed pro rebus, notis vtimur nominibus. cap.2.

Nomina ſunt finita, res vero infinitæ. ideo vnum nomen,plura ſignificat.cap.1.

Oportet

Oportet diſcentem credere. cap. 2.
Omnes artes vtuntur quibuſdam communibus. cap. 8.
Qui virtutis nominum ſunt ignari facile decipiuntur. cap. 1.
Quibuſdam magis eſt operæpretium, videri ſapientes, & non eſſe. quàm eſſe, & non videri. cap. 1.
Rubeus color inſequitur mel. cap. 3.
Sophiſtica, eſt apparens ſcientia, & non exiſtens. cap. 1.
Sophiſta copioſus, eſt ab apparēti ſcientia, & non exiſtenti. cap. 2.
Tardiores minus præuident. cap. 11.

Libri ſecundi.

Ad interrogationes plures, non eſt danda vna reſponſio. cap. 1.
Cum proponitur obſcurum, nō eſt concedendum ſimpliciter. cap. 2.
In non facere, intelligitur facere, & vniuerſaliter in negatione intelligitur affirmatio. cap. 10.
Prouidere, difficile eſt, videre autem facile. cap. 3.
Principium, eſt maximum, difficillimū omnium. cap. 12.

Principium,

Principium, quantitate eſt, minimum poteſtate autem, maximum. cap.12

Principio inuento, facile eſt augere reliquum. cap.12

Quod ſcimus, ſæpe tranſpoſitum ignoramus cap.1

Qui ab alio facile decipitur, & hoc non ſentit, ipſe etiã hoc à ſe patitur ſæpe. cap.1

Recta ſolutio, eſt manifeſta io falſi. ca.3

Vtrum anima animalium, ſit corruptibilis, aut incorruptibilis, non determinatum eſt multis. cap.2

Priorum libri. Libri primi.

Dici de omni eſt, quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum.

Dici de nullo eſt, quando nihil ſumere ſub ſubiecto, à quo non remoueatur prædicatum. cap.1

Exempla ponimus, vt ſentiant addiſcentes. cap.40

Frequenter mentiri venit eo, quod nõ bene exponuntur termini, ſecundum propoſitionem. cap.31

In omnibus prędicatis, reduplicatio ponenda eſt ad maius extremum. cap 36

Medium eſt illud, quod eſt in alio, & aliud eſt in ipſo. cap. 5

Non oportet ſemper quærere, terminos nomine exponi: nam ſæpe ſunt termini, quibus nomen non eſt propoſitum cap. 31

Propoſitio vniuerſalis eſt, quæ omni aut nulli ineſſe ſignificat: particularis, vero quæ alicui, aut non alicui, aut non omni ineſſe ſignificat. Indefinita autem, quæ ineſſe, aut non ineſſe ſignificat ſine ſigno vniuerſali, vel particulari. cap. 1

Poſſibili poſito, ineſſe nullum ſequitur inconueniens. cap. 18

Syllogiſmus, eſt oratio, in qua quibuſdam poſitis & conceſſis, neceſſe eſt aliud euenire per ea, quæ poſita ſunt, & conceſſa. cap. 1

Syllogiſmus perfectus, eſt qui nullius indiget, præterea quæ ſumpta ſunt, vt appareat neceſſarius: imperfectus vero eſt, qui vnius vt plurimum, quæ ſunt neceſſaria per ſumptos terminos, non autem ſumpta per propoſitiones. cap. 1

Terminus eſt, in quem reſoluitur propoſitio. cap. 1

Liber ſecundus.

Ex falſis,ſequitur verum. ex veris, nil niſi verum. cap.2

Quando extrema conuertuntur, neceſſe eſt medium cõuerti ad vtrunque. cap.21

Poſteriorum Libri. Libri primi.

Accidentia,non ſunt neceſſaria. tex.15

Accidens contingit non eſſe. tex.18

Addiſcimus aut per demonſtrationem, aut per inductionem. tex 33

Affirmatiua demonſtratio,prior eſt negatiua: tex.40

Cuius ſimpliciter eſt ſcientia, hoc impoſſibile eſt aliter ſe habere. tex.5

Contradictio, eſt oppoſitio,cuius non eſt medium ſecundum ſe. tex.5

Certior eſt ſcientia,quæ eſt ex paucioribus,quam quæ eſt ex appoſitione. tex.42

Duæ ſunt præcognitiones,ſcilicet quia eſt,& quid eſt. tex.2

Demonſtratio, eſt ſyllogiſmus faciens ſcire. tex.5

Deficiente ſenſu, deficit ſcientia ſenſibilium illius ſenſus. tex.33

Dialectica ppoſitio, accipit quamlibet partẽ contradictionis indifferenter. tex.5

Demonſtratiua propoſitio, accipi partem ueram. tex. 5

Dignitas, eſt propoſitio indemonſtrabilis, quam neceſſe eſt quemlibet docendum habere. tex. 5

Demonſtratio circularis, ſimpliciter eſt impoſſibilis. tex 6

De omni eſt, quando nihil nec eſt ſumere aliquo tempore ſub ſubiecto, de quo non dicatur prædicatum. tex. 8

Demonſtratio, eſt eorum quæ ſunt per ſe, & non corū, quę ſunt per accidēs. tex. 18

Demonſtratio, & ſcientia, non ſunt corruptibilium. tex. 18

Demonſtrantem non eſt interrogare propter id, quod oppoſitorum eſſe non demonſtrat idem. tex. 27

Demonſtratio, eſt ex vniuerſalib. inductio vero, ex quę ſunt ſcđm partem. tex. 33

Demonſtratio vniuerſalis, potior eſt particulari. tex. 11

Enunciatio, eſt oratio, quamlibet partem contradictionis accipiens. tex. 5

Ex ueris, contingit colligere, demonſtrare autem. ex veris non contingit, ſed neceſſarium eſt. tex. 15

Ex

Ex vero ſemper ſequitur verum. tex.17

Ex neceſſariis, contingit colligere, neceſſarium ſimiliter ex non neceſſariis, ſed non demonſtrare. tex.17

Figurarum maxime eſt, faciens ſcire prima. tex.31

Geometra, non ſupponit falſa. tex.25

Idem dicitur primũ, & principiũ. tex.5

Impoſſibile eſt, infinita pertrãſire tex.6

Ignorantia, eſt duplex negationis, & diſpoſitionis. tex.16

Impoſſibile eſt, ſpeculati vniuerſale, niſi per inductionem. tex.33

Illa demonſtratio eſt dignior, quæ vtitur dignioribus principiis. tex.40

Illa ſcientia eſt vna, quæ eſt vnius generis ſubiecti. tex.43

Impoſſibile eſt, omnium ſyllogiſmorũ principia eſſe eadem. tex 43

Medio exiſtente ex neceſſitate, concluſio erit ex neceſſitate. tex.17

Maior cognoſcitur prius tẽpore quàm concluſio, & minor ſimul cum concluſione. tex.3

Neceſſe eſt, demonſtrationem eſſe ex primis, veris, immediatis, prioribus, cauſiſq́;

concluſionis. tex. 5

Non eſt idē, vnitas, & vnitatē eſſe. tex. 5

Neceſſe eſt, magis credere principijs, quàm concluſioni. tex. 5

Non omne quod ſcitur, per demonſtrationem ſcitur. tex. 5

Non contingit, deſcendentem de vno genere in aliud, demonſtrare. tex. 23

Neceſſe eſt, vltima, & medium in demonſtratione, ex eodē genere eſſe. tex. 22

Non cōtingit ire in infinitū in p̄dicatis, nec aſcendendo, nec deſcendendo. tex 36

Omnis doctrina, & oīs diſciplina intellectiua, ex præexiſtēti fit cognitione. tex. 1

Oportet addiſcentem, non incredulum eſſe. tex. 5

Oportet medium, propter ipſum ineſſe tertio, & primum medio. tex. 21

Omnes ſcientiæ, communicant in principijs communibus. tex. 27

Omnis ſyllogiſmus, eſt per tres terminos. tex. 34

Principium demonſtrationis, eſt propoſitio immediata. tex. 5

Propoſitio immediata eſt, qua non eſt altera prior. tex. 5.

Propo-

Propoſitio, eſt altera pars enunciationis, ſignificans vnum de vno. tex.5

Poſitio, eſt oratio indemonſtrabilis, quam non eſt neceſſe, quemlibet docendum habere. tex.5

Propter quod aliquid eſt tale, illud eſt magis tale. tex.5

Pars contradictionis, quę ſignificat aliquid de aliquo, eſt affirmatio, quę autem aliquid ab aliquo, negatio. tex.5

Principijs, nihil eſt notius in veritate. & nihil notiꝰ, oppoſitis corũ in falſitate. te.5

Per ſe inſunt primo modo, quæcunque inſunt in ratione dicente quid eſt. tex.6

Principiũ in vnoquoq; genere, eſt propoſitio neceſſaria, & indemonſtrabilis in ſcientia, cuius eſt principium. tex.44

Planetæ quia ſunt propè, non ſcintillant. tex.30

Prius eſt eſſe quàm non eſſe. tex.40

Qđ addiſcit̃, quodãmodo ſcitur tex.53

Quęcunque naturaliter inſunt accidentia ſunt. tex 9

Qđ ſcitur, nõ põt aliter ſe habere. tex.15

Quæ per ſe ſunt, neceſſario inſunt rebus. tex.15

Remotiora à ſenſu, ſunt vniuerſalia. proxima vero, particularia. tex. 5

Scire vnumquodq; opinamur ſimpliciter, & non ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidens, cum cauſam arbitramur cognoſcere, propter quam res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & non contingit aliter ſe habere. tex. 5

Scire, eſt per demonſtrationem intelligere. tex. 5

Scientia, eſt eorum quorum eſt demonſtratio & non ſecundum accidens. tex. 5

Suppoſitio, dicit eſſe, vel non eſſe diffinitio vero non. tex. 5

Sicut negatio, eſt cauſa negationis. ita affirmatio, eſt cauſa affirmationis. tex. 30

Scientes vniuerſale, ſæpe ignorant ipſum ſingulare. tex. 30

Senſus eſt ſingularium. tex. 33

Scire, non eſt per ſenſum. tex. 43

Solertia, eſt ſubtilitas quædã in nõ proſpecto tempore medij inueniendi. tex. 44

Tam ſyllogiſmus, quàm inductio, per prius nota faciunt doctrinam. tex. 1

Tunc ſcimus, cum cauſas cognoſcimus. tex. 5

Vna eſt ſcientia, quæ eſt vnius generis quæcunque ex primis componitur, & partes, & paſſiones harum ſunt per ſe. tex. 13

Vniuerſale eſt, quod quando de omni ſit, & per ſe eſt, ſecundum, quòd ipſum eſt. tex. 10

Vulnera circularia, tardius ſanantur. tex. 30

Vniuerſale eſt vbique & ſemper. tex. 43

Libri ſecundi.

Cauſa, & medium idem ſunt. tex. 1

Cauſa, prior eſt eo, cuius eſt cauſa. te. 33

Diffinitio, eſt cognitio ſubſtantiæ, & ipſius quod quid eſt. tex. 2

Diffinitio formalis, nō habet medium, per quod demonſtretur, materialis vero ſic. tex. 9

Eorum, quæ frequenter ſunt medium eorum, debet eſſe frequenter. tex. 16

Ex ſingularibus, in vniuerſalia aſcendere oportet. tex. 12

Aequi vocationes magis latent in vniuerſalibus, quàm in inferioribus. tex. 22

Ex ſenſu fit memoria, ex multis memoriis fit experimentum, ab experimento autem vniuerſale accipitur, quod eſt principium

pium artis,& ſcientiæ. tex.27

Fluuius magis fluit in fine menſis,quia tunc luna magis deficit. tex.24

Facilius eſt diffinire ſingulare, quam vniuerſale. tex.22

Impoſſibile eſt ſcire quid eſt ignorare. ſi eſt. tex 9

Intellectus,eſt habit⁹principiorũ.tex.27

Medium in demonſtratione, eſt ratio primi termini. tex.25

Omnis arbor habens lata folia, folio fluit. tex.25

Principia demonſtrationum, ſunt diffinitiones. tex.2

Quæſtiones ſunt æquales numero his, quæcunque vere ſcimus. tex.1

Quæſtiones, ſunt quatuor. ſi eſt, quid eſt, quia eſt, & propter quid eſt.

Quædam ſunt ſemper, & quædam frequenter. tex.26

Sentire,eſt ſingularis.ſed ſenſus, eſt vniuerſalis. tex 27

Vnius in quantum vnum,vna eſt ſcientia. tex.2

Boetij liber diuiſionum.

Diuiſio ꝑ ſe,eſt triplex. generis in ſpecies,

totius

totius in partes, & vocis in ſignificata.
Diuiſionem generis, oportet eſſe minus in duas ſpecies, non tamen in infinitas.
Diuiſio per accidens, eſt triplex ſubiecti in accidentia, accidentis in ſubiecta, & accidentis in accidentia
Diuiſio generis fit per ſpecies, quando ſpecies appellantur proprijs nominibus, quando vero non, fit per differentias.
Diuiſio, potius facienda eſt per finitum quàm per infinitum
Finita ſunt priora infinitis.
Figurarum ſpecies, ſunt infinitæ.
Genus, naturaliter eſt prius ſuis ſpeciebus.
Genus eſt, vt materia ſpecierum. differentia vero, vt forma.
Genus eſt, quod prædicatur de ſpeciebus in quid.
Genus, in diffinitione eſt pars. in diuiſione vero, eſt totum.
Interempto genere, interimuntur ſpẽs.
Illa quæ collocantur ſub genere, recipiunt nomen, & diffinitionem generis.
Indiuidua, ſecluſa ſunt à diffinitione.
Infinitum, dicitur quadrupliciter ſecundum

dum magnitudinem, ſecundum multitudinem, ſecundum ſpeciem, & ſecundum tempus ſiuę durationem.

Multis ſpeciebus, non ſunt nomina.

Mundus dicitur infinitus, quia eius terminus, ſecundũ tẽpus inueniri nõ poſſit.

Negatio, non conſtituit ſpeciem.

Omne aptum ad diuiſionẽ, eſt aptum ad diffinitionem.

Omnis diffinitio, daretur ex duobus terminis, niſi eſſet indigentia nominum.

Oppoſitio priuatiua, nullo modo valet ad diuiſionem generis.

Omnis diuiſio, debet eſſe ſicut terminus, ſcilicet nec diminuta, nec ſuperflua.

Omne ambiguum, eſt dubitabile, & non contra.

Partes, ſunt priores toto.

Pereũte toto, nõ ꝑ hoc pereũt partes.

Prima oppoſitio, eſt contra dictio.

Quoties fit diuiſio per negationem, debet præponi ipſa affirmatio.

Semper poteſt eſſe negatio, priuatio vero non.

Species eſt, quæ collocatur ſub genere.

Species, cõſtituitur negatione, quæ nul

lo nomine nuncupatur.

Si negatio ſit prior diuidendo, genus tardior erit intellectus rei.

Sola ſpecies, eſt diffinibilis.

Sub vno genere oportet, ad minus eſſe duas ſpecies & non pauciores.

Virtus, eſt optimus habitus mentis, & contra.

Phyſicorum libri. Libri primi.

Aer, minime habet reſpectu aliorum differentias ſenſibiles, conſequentes, autem aqua. tex. 54

Contra negantes principia non eſt diſputandum. tex. 53

Fieri, ſimpliciter eſt ſubſtantiarum ſecundum quid poſitarum.

Contraria ab alterutris pati, impoſſibile eſt. tex. 57

Contrarietas, non ſoluatur in vno.

Finiti, & infiniti ratio, quantitate com petit. tex. 15

Fieri ſimpliciter, alia quidem transfigu ratione, appoſitione, ſubtractione, compoſitione, & alteratione. tex. 63

Forma, eſt ens diuinum optimum, & appetibile. tex. 81

Innata

Innata eſt via, ex notioribus nobis, & certioribus. vi certiora naturæ, & notiora. tex. 2

Infinitum ſecundum quod infinitum, eſt ignotum. tex. 53

In diuiſione carnis, contingit deuenire ad minimam carnem quæ ſi vltra diuidatur, non remanebit ſpecies carnis. tex. 83

Intellectus, quærens ſeparare accidens à ſubiecto, vanus eſt, & quærens impoſſibilia. tex. 39

Melius eſt, ponere principia finita, quã infinita. tex. 41

Materia non cognoſcitur, niſi per analogiam ad formam. tex. 79

Materia cum forma eſt cauſa eorũ quæ fiunt ſicut Mater eſt cauſa filiorũ. tex. 80

Materia, appetit formam. ſicut Fœmina, marem. & turpe, bonus. tex. 81

Materia, ſecundum ſe eſt ingenerabilis, & incorruptibilis. tex. 82

Materia, eſt ſubiectum primum, ex quo fit aliquid, cum inſit per ſe, & non ſecundum accidens. tex. 43

Non quodlibet fit ex quolibet. tex. 43

Nihil appetit id, quod in ſe habet, nec

quod

quod ſibi contrarium eſt. tex.71

Omne corpus finitum, per remotionē alicuius finiti ab eo frequenter factam, tandem conſumitur. tex.38

Oportet principia ſemꝑ manere.tex.50

Omne quod corrumpitur,à contrario corrumpitur. tex.47

Pueri primo appellant omnes viros,patres & omnes fœminas,matres tex.5

Principia, non fiunt ex aliis, neq; ex alterutris ſed ex his, fiunt omnia. tex.42

Principia,oportet ſemꝑ manere.tex.50

Priuatio,eſt non ens per ſe. tex.79

Priuatio,quę eſt in materia,frequenter imaginatur ad maleficium. tex.80

Quod vere eſt,nulli accidit. tex.26

Quod contingit ex finitis, melius ex finitis,quam ex infinitis. tex 50

Secundum philoſophantes ex nihilo, nihil fit. tex.34

Subiectum,prius eſt prædicato tex.52

Semper eſt aliquid, quod ſubiicit, quo fit quod fit. tex.62

Subiecta materia cum forma, cauſa eſt eorum,quæ fiunt, ſicut Mater. tex.69

Tunc arbitramur vnumquodque co-

gnoſcere,

gnoſcere, cum cauſas & principia cognoſcimus, vſq; ad elementa. tex.1

Tria ſunt principia naturalia, materia, forma, & priuatio. tex.56

Vno inconuenienti dato, plurima contingunt. tex.10

Vniuerſale, notum eſt, ſecundum intellectum particulare vero, ſecundum ſenſum. tex.10

Vniuerſalia, ordine doctrinę precedunt particularia. tex.4

Vna contrarietas, eſt in omni genere. tex.50

Commentator in eodem.

Antiqui perceperunt ſolum materiale principium non formale. com.7

Alteratio ſubita, non habet principium. com.23

Album, ſignificat albedinem, & recipiens albedinem. com.5

Ariſtotiles inuenit, & compleuit has tres artes, ſcilicet logicam, phyſicam, & metaphyſicam. in Prologo

Ariſtoteles inuenit, & ſciuit principaliter naturam materię primæ. com.78

Alteratio contrariorũ ad inuicẽ, cogit omnes

omnes credere, quod omnia corpora ſunt compoſita, & non ſimplicia com 5

Appetitus materię ad recipiendum omnes formas eſt naturalis. com 81

Cognoſcens proportionem iſtius vitæ ad tempus ſempiternum, non procurabit vitam propriam. in Prologo.

Compoſita, ſunt notiora apud nos, quã ſuæ cauſæ. com. 3

Compoſitio, eſt triplex: ſpeciei ex ſuis cauſis, generis ex ſuis ſpeciebus, & indiuidui ex materia & forma. com. 5

Contrarium, non mutatur in ſuum, contrarium. com. 42

Contrarietas, minus eſt in medijs quam in extremis. com. 44

Conſuetudo, eſt altera natura. com 61

Corpora cœleſtia, non habent materiam. com. 69

Cauſa generationis, & corruptionis eſt, materia prima. com. 69

Differentiæ aquæ, manifeſtiores ſunt ſenſui; aeris vero latentiores. com. 44

Doctrina eſt, cuius propoſitiones acceptæ, in ea ſunt maxime, & ſine mediis, & cum hoc manifeſtiores, & non accidit in

ea iteratio com. 57

Entia eſſe plura & mobilia eſt de princi pijs cognitionis in philoſophia naturali.

Entia vero naturalia habere in ſe princi pia motus & quietus, eſt principium cogni tionis, & eſſe. com. 8

Finitum & infinitũ, dicuntur, de quan to & non de fine quanti. com. 19

Formæ, eſt principium per ſe, & priua tio eſt principium per accidens. com. 70

Fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. com. 50

Forma prima, & primus finis, à Meta phyſico conſiderantur. in Prologo

Forma naturales licet non moueantur, tamen ſunt naturales ſecundum quod ſunt in mobili. com. 11

Geometer habet pro principio, quod vi ſio procedit in infinitum com. 12

In natura, nihil eſt ſuperfluum. com. 56

In medio eſt vtrunq; extremum in actu ſed non in vltima perfectione. com. 57

Ita eſt in artificialibus ſicut in naturali bus, quod id quod fit ex oppoſito termi nato ad oppoſitum terminatum. com. 46

Inductio, in qua nõ inducuntur omnia particu-

particularia, eſt ratio imperfecta. com.48

In ſpermate apud generationem homi nis, non ceſſant partes ſpermatis corrumpi, & partes homines fieri, donec forma humana perficiatur, & hoc, ſi forma recipit partitionem ſi autem non, illud neceſſario accidit in accidentibus propriis formæ generatæ. com.62

In generatione ſufficit, eſſe formæ. in corruptione vero, non eſſe eius. com 68

Libere Phyſicorum, eſt radix, & principium totius Philoſophiæ naturalis in Prologo.

Motus, eſt ex neceſſitate materiæ. in Prologo.

Metaphyſica, conſiderat de cauſa formalitatum. com 1

Multitudo rerum, aut eſt ſecundũ formam, aut ſecundum quantitatem. com.6

Materia non poteſt intelligi per ſe, ſed ſecundum compoſitionem. com 69

Motu ablato, auferrur natura. com.8

Materia, numeratur in entibus, licet nõ ſit aliquid in actu, ſecundum quod eſt materia. com.66

Materia prima, multũ admiſcetur cum

priuatione. com.66
Materia prima, non habet in ſe, formam propriam neque priuationem propriam, quia ſic non reciperet oẽs formas. com.66
Materia, nullam formam in ſe habet, ſed eſt in potentia, ad recipiendum omnes formas. com 66
Materia, non eſt ſua potentia. quia materia, eſt in genere ſubſtantiæ potentia vero in genere relationis. com.70
Materia, ſuſtentat formam, ſecundum quod forma non poteſt eſſe ſine ea. forma autem ſuſtentat materiam, ſecundum quod forma eſt cõplementũ eius. com 70
Materia, eſt medium inter non eſſe ſimpliciter, & eſſe in actu. com.70
Materia, nunquam denudatur à forma. com 76
Materia, non eſt in actu propter priuationem ei admiſtam. com.81
Nomina ſynonyma, non vſui ſunt in doctrina demonſtratiua. com.1.
Nihil eſt ſcitum, niſi quando omnes eius clauſæ propinquæ, & remotæ, ſunt ſcitæ. com.1.
Nihil prohibet, ſubſtantiæ ſint contra-

riæ

riæ ſecundum formam. com. 52

Nihil aliud eſt cauſa generatiõis, & cor ruptionis, q̃ prima materia pp non eſſe, qđ miſtum eſt in ſubſtantia eius. com 79

Omne quod recipit aliquid, non recipit illud ſecundum quod eſt in actu, ſed ſecundum quod eſt in potentia. com.69

Omne habens materiam, eſt generabile, & corruptibile. com.89

Omne ens diliget permanere. com.81

Patiens, debet eſſe contrarium ei, à quo patitur. com. 6

Pars ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia. com 70

Patiens quodammodo eſt contrarium, & quodammodo ſimile. com. 56

Philoſophus, naturaliter eſt virtuoſus ſecundum omnes ſpecies virtutum moralium, ſcilicet iuſtitiam, caſtitatem liberalitatem. cõ in Prologo

Patiens, debet eſſe ſimile, & non contrarium ei, à quo patitur. com.67

Priuatio, eſt de neceſſitate generationis. com.67.

Priuatio, eſt non ens per ſe. Materia, eſt non ens per accidens. com 75

Plato non diſtinxit inter materiam, &

priuationem. com.76

Perfectioni diuinæ, omnia appetunt aſſimilari. com.81

Prius cognitum apud intellectum, eſt illud, quod eſt magis vniuerſale. Et prius cognitum apud ſenſum eſt illud, quod eſt magis particulare. com.48

Quæ ſunt præter materiam primam, & vltimam formam ſunt materiæ compoſitæ & formæ compoſitæ. com.1

Quicquid recipit aliud, non recipit illud ſecundum quod eſt in actu, & ſecundum quod eſt in potentia. com.69

Ratio dicitur vna, cum ſit ex falſis, & non ſit in forma. com.19

Rotundo nihil eſt contrarium com.41

Rarum, & denſum, comprehenduntur in corporibus naturalibus, ſenſibilibus magnum autem, & paruum in naturalibus, & mathematicis. com.49

Scientiarum, alia eſt perfecta, quæ eſt per cauſam alia imperfecta, quæ eſt ſine cauſa. com.1

Studium pecuniæ eſt vnum ex deſideriis præter naturam in Prologo.

Scientia diuina, de tribus cauſis conſiderat

derat ſ motore, forma, & fine. com. 1

Scientia naturalis, conſiderat de quatuor cauſis. com. 1

Sermo vanus eſt, qui eſt ex falſis propoſitionibus, & ex mala forma. com. 10

Sermones ſophiſtici facilius contra dicuntur, quàm diſputatiui. com. 22

Sermo concludens per ſe debet concludere in omni materia. com. 25

Subiectū, ex quo in rei veritate eſt materia, cuius eſſe eſt in potentia com. 54

Subiectum, eſt vtrunque extremum pura potentia. Medium vero, eſt vtrunque extremum pura non potentia, ſed aliquā potentia, in medio enim eſt vtrunque extremum in actu, ſed non in vltima perfectione. com. 56

Sermo declaratiuus innatus eſt ſoluere omnes, quod res accidentes in re. com. 61

Totum nihil aliud eſt, quam congregatio partium com. 17

Transmutatio ſubſtantialis, & accidentalis, in hoc cōueniunt, quòd ſunt alteratio eiuſdem rei, de vna qualitate in aliam, ſed differunt in hoc, quod ſubſtantialis mutat nomen, & diffinitionem rei, acci-

dentalis vero neutrū horū mutat.com.63

Vltima perfectio hominis eſt, vt ſit perfectus per ſcientias ſpeculatiuas, & hæc eſt ſibi vltima felicitas, & ſempiterna vita in Prologo.

Libri ſecundi.

Ars imitatus naturam, in quantum poteſt. tex.22

Ars multa complet, quæ natura perficere non poteſt. tex.69

Bona fortuna eſt, quando aliquod bonum euenit mala autem, quando malum euenit. tex.56

Caſus, eſt inopinatæ rei euentus. tex.56

Cæcus à Natiuitate, non poteſt diſputare de colore, quantum ad quid rei, ſed bene quantum ad quid nominis. tex.6

Cauſæ, ſunt quatuor, materia, forma, efficiens, & finis. tex.18

Cauſa agens, & effectus, in actu ſimul ſunt, & non ſunt. tex.37

Conſiderans naturam alicuius debet conſiderare accidentia eiuſdem. tex.17

Bona fortuna eſt, quando aliquod magnum bonum euenit infortunium vero, quando aliquod magnum malum. tex.56

Forma,

Forma, & materia, non ſunt ſeparata ſecundum eſſe, ſed ſecundũ rationem. te. 12

Forma, eſt magis natura, quàm materia. tex. 12

Forma, eſt finis materiæ. tex. 22

Finis, non ſolum eſt vltimum rei, ſed & optimum. tex. 23

Finis eſt cauſa cauſarum. tex. 33

Fortuna, non eſt in rebus anima carentibus, neq; infantibus neq; in brutis. te. 59

Fortuna, eſt cauſa per accidens in his, quæ fiũt à ꝓpoſito ꝓꝑ finẽ, & raro. te. 62

Fortuna, & intellectus circa idem verſatur. tex. 52

Fortuna non eſt, niſi in agentibus à propoſito, & à voluntate. tex. 58

Fruſtra, & vanum eſt, id quod ordinatum eſt ad aliquem finem, quem non conſequitur. tex. 62

Forma, finis, & efficiens, ſæpe coincidunt. tex. 70

Finis neceſſaria facit ea, quæ ſunt ad finem. tex. 81

Generatio, eſt via in naturam. tex. 14

Homo, & Sol, generant hominem. tex. 26

Idem

Idem aliter ſe habent, poteſt eſſe cauſa oppoſitorum. tex.30

In cœleſtibus nihil videmus fieri à caſu. tex.45

Id quod per ſe eſt, prius eſt, eo quod eſt per accidens. tex.66

Materia, dicitur natura. tex.10

Materia. & forma, eiuſdem ſunt conſiderationis. tex 22

Natura, eſt principium motus & quietis eius, in quo eſt primo, & per ſe, & non ſecundum accidens. tex 2

Naturalia diffiniuntur cum motu, & materia ſenſibili. tex.29

Nos ſumus, quodammodo finis omnium. tex.24

Natura, agit propter finem. tex 74

Omne agens, agit propter finẽ. tex 71

Quod parum diſtat ab intellectu, quaſi nihil reputatur diſtare. tex.56

Quæ mouent non mota, non ſunt phyſicæ conſiderationis. tex.71

Sol & homo generant hominem ex materia. tex.26

Tentare demonſtrare naturam eſſe, ridiculum eſt. tex.6

Tota

Tota ſubſtantia artificialium, eſt eorum materia. tex.7

Commentator in eundem.

A contingere æqualiter, nulla actio prouenit, ſecundum quod eſt contingens æqualiter. com.4

Aſtrologus conſiderat res, vt abſtrahant à motu com.18

Commune omnibus artibus, dicitur in Loica. com.16

Cauitas, eſt depreſſio ſuperficiei. cõ.19

Conſideratio de materia in reſpectu formæ, eſt naturalis in quantum vero eſt, vnũ entium eſt philoſophi Primi. com.21

Caſus, non eſt in neceſſariis, neque in his quæ ſunt vt in pluribus. com 48

Diffinitiones, componuntur ex forma vniuerſali, quæ eſt genus, & propria, quæ eſt differentia. com 25

Forma, eſt dignior habere hoc nomen, ſubſtantia, quàm compoſitum. com 4

Formæ artificiales, ſunt accidentia in ſubſtantiis naturalibus. com 13

Geometria, conſiderat de magnitudinibus abſtractis à materia, naturalis vero vt ſunt in materia. com.20

Homines

Homines non potentes per ſuam natu ram diſtinguere, inter illud qđ eſt manifeſtū per ſe, & illud qđ eſt manifeſtū ꝑ aliud, nunquam poſſunt philoſophari. com 6

Hoc nomen, tranſmutari in rebus naturalibus, deriuatur ab eo, quod fit tranſmutatio. com. 14

Illa dicuntur fruſtra in rei veritate, quādo ex eis non inuenitur aliquid. com. 63

In quocunq; eſt materia, in eodem ſunt omnes cauſæ. com. 60

In deſcriptionibus, nullus potuit plus Ariſtotele. com. 1

Mathematicus, abſtrahit à materia ſenſibili. com. 8

Materia, diuerſatur per diuerſitatem formarum com. 26

Non inuenitur corpus ſimplex, quo alteretur, aut generetur ex ſe, ſed bene, quod transfertur de loco ad locum. com. 1

Nullus venam incidit in corpore proprio. com. 3

Nulla ſcientia ſpeculatiua perſcrutatur de caſu. com. 53

Natura multa cōplet, quæ ſunt per artē & ars multa, quæ ſunt per naturā. com. 67

Pluuia eſt, propter qualitatem generationis in elementis. Et ſi pluuia non fieret, mundus corrumperetur. com.77

Qui dicit, naturam non agere propter finem, tollit ſolicitudinem Dei circa iſta inferiora. com.75

Receptio vtriuſq; contrariorum, eſt naturalis materiæ primæ. com.48

Subſtantia, & accidens, ſunt differentiæ entis, ſecundum quod eſt ens. com.4

Tranſmutatio in rebus artificialibus, famoſius dicitur eſſe de genere eius ex quo, quàm ad quod. com. 14

Libri tertij.

Actio, & paſſio, ſunt vnus motus, & ſunt in paſſo, ſicut in ſubiecto. tex.19

Continuũ, eſt diuiſibile in infinitũ. te.1

Ignorato motu, neceſſe eſt ignorare naturam. tex.1

In æternis, nõ differt poſſe abeſſe. te.34

Idem eſt locus, totius, & partis. tex.53

Infinitum eſt, cuius quantitatem accipientibus, ſemper eſt aliquid accipere extra. tex.64

Lis, & dies, non habent eſſe, ſecundum quod ſunt ſubſtantia aliqua perfecta ſed

ſecundum

ſecundum quod generantur, & corrumpuntur. tex. 59

Motus, eſt actus entis in potentia, in quantum in potentia. tex 6

Motus eſt ſecundum ſubſtantiam, quātitatem, qualitatem & vbi. tex 4

Numerus eſt qui augeri poteſt, non diminui in infinito. è contrario, & de magnitudine. tex. 68

Omne mouens naturale, in mouendo mouetur. tex 8

Pars eſt materia totius. tex. 67

Quodcunque fit, neceſſe eſt accipere finem. tex. 31

Quantum contingit aliquid potentia eſſe tantundem contingit acto eſſe tex 69

Quicquid mouet, naturaliter mouetur. tex 7

Semper exiſtimabitur aliqua ſpecies, mouens. tex. 17

Tot ſunt ſpecies vnius, & quot & entis. tex. 5

Totum, & perfectum eſt, cui nihil abeſt tex 64

Vnum eſt indiuiſibile, cum vere vnum ſit. tex 68

Commen-

Commentator in eundem.

Aeterna, nō cōtinenſ tempore. com.33

Corpora cœleſtia, non mouentur ab illis, quæ mouent. com.17

Diffinitiones, ſunt rerum permanentium. com.14

Diffinitio motus, & ſi ſit difficilis, tamē eſt poſſibilis. com.16

Dies, dicitur de vna parte tp̄is. com.58

Loca naturalia, ſunt tantum duo ſuperius ſcilicet, & inferius. com.55

Mouens, & motum, ſunt perfectiora, quam agens, & patiens. com.3

Motus pro forma diminuta nihil aliud eſt, quàm generatiō partis poſt aliam illius perfectionis, ad quam tendit ille motus. com.4

Mundus, eſt in loco, quia partes ęius ſunt in loco. com.55

Omne agens, eſt mouens, & non conuertitur. com.3

Omnes antiqui conueniunt, quòd tempus, ſit æternum præter Plato. com.33

Priuationes, quodammodo habent diffinitiones. com 14

Vltimum generationis, eſt, principium. com.11

corruptionis. com.21

Libri quarti.

Contrariorum eſt eadē materia. tex.34

Duplex eſt locus, communis, proprius. tex.14

Excellens, neceſſario diuiditur in excellentiam, & id quod excellitur. tex.61

In tempore eſſe, non eſt tempore menſurari. tex.111

In tēpore, eſt prius, & poſterius. tex 129

Idem locus, recipit ſucceſſionem duorum corporum. tex.3

In æternis, nō differt poſſe ab eſſe te.33

Idem locus, eſt vltimum continentis immobile primum tex.41

Locus, habet potentiam cōſeruatiuam locati. tex.4

Locus, eſt æqualis locatio. tex.30

Motus diſtare facit quod eſt. tex.117

Nihil, eſt in ſeipſo primo & ꝑ ſe. tex.25

Omne quod mouetur, neceſſe eſt in tempore moueri. tex.129

Omne corpus, eſt in loco. in omni loco, eſt corpus. tex.13

Omnis motus, aut naturalis, aut violentus. tex 67

Prius,

Prius, & poſterius, in loco ſunt primum. tex. 99

Propter id quod magnitudo eſt continua, & motus eſt continuus. tex. 99

Quod non eſt nuſquam eſt. tex. 1

Qui non apprehendit motum, non apprehendit tempus. tex. 69

Superficies, eſt in corpore, ſcientia vero in anima. tex. 25

Tempus conſequitur motum. tex. 96

Tempus, eſt numerus motus ſecundū prius & poſterius. tex. 101

Tempus non eſt ſine moto, & mutatione. tex. 98

Tempus, eſt aliquid motus. tex. 98

Tempus, & motus, ſimiliter ſunt, & ſecundum potentiam, & actum. tex. 130

Tempus, nō eſt velox, aut tardū. tex. 96

Tempus, eſt continuum per inſtans, & diuiſum per inſtans. tex. 105

Tempus multum, aut paucum, breue, & longum. tardum quidem, aut velox non dicitur. tex. 109

Tempus eſt numerus numerans, non numerus, quo numeratur. tex. 110

Tempus per ſe, eſt cauſa corruptio-

nis. tex. 117

Velox, & tardum, tempore determinantur. tex. 67

Vnaquæq; rerum, menſuratur per aliquid ſui generis. tex. 113

Vacuum non eſt. tex. 82

Vnumquodq; naturaliter fertur in ſuũ locum proprium. tex. 52

Commentatoris in eundem.

Cœlũ, eſt in loco, ratione centri. cõ. 43

Cauſa continuationis motus, eſt menſura, ſupra quam eſt motus. com 98

Corpora cœleſtia, coexiſtunt cum tempore. com. 98

Diffinitio completa, debet reddere cauſas omnium accidentium exiſtentium in re. com 31

Dormientibus & his, qui faciunt opus delectabile, videtur tempus eis breue, quia delectatio prohibet eos, comprehendere motum, & è contrario eis, qui laborant. com. 97

Eſſentia temporis, eſt menſurare motum. com. 112

Ex motu, inuenitur generatio per accidens, & corruptio per ſe. ex tempore autẽ

vtrunq; mentitur per accidens. com.116

Habitus, eſt prior priuatione in re,quæ caret habitu. com.67

Impoſſibile eſt ſcire formam, ſine materia & materiam ſine forma. com.16

Locus eſt in aliquo,non ſecundū quod aliquid in loco,ſed ſecundum quod ſuperficies eſt in corpore. com.47

Materia,eſt tanquam pars, & forma,tanquam totum. com.49

Motꝰ,præcedit tēpus naturaliter.cō.97

Materia , eſt fundamentum ſucceſſionum formarum. com.97

Locus vero, eſt ſubiectum ſucceſſionum corporum. com 15

Motus,& tempus,non ſunt : niſi quando mens diuidit motum in prius,& poſterius. com.108

Menſuratio temporis per motum , eſt accidentalis . contra vero eſt , aſſentialis. com. 133

Numerus , ſimpliciter non multiplicatur,ſed numerus non ſimpliciter multiplicatur. com.134

Prius, & poſterius, quia reperiuntur in magnitudine, ſunt ī motu,& quia ſunt in

motu reperiuntur & in tempore. com.99

Plumbum, eſt grauius, & rarius ferro. com. 91

Proprium eſt materiæ, vt habeat diuiſiones in potentia. com.15

Quantitas temporis, ſequitur quantitatem motus. com.99

Quantitas, non eſt de potentiis actiuis, ſed ſequitur eas. com.83

Qui aufert tempus, ponit ipſum neceſſario. com.123

Res, q̃ ſunt eædem in ſpecie, non diuerſa redduntur ſecundũ differentias. cõ.134

Separatio formæ à materia, eſt eius corruptio. com.16

Si poſſibile eſſet cœlum quieſcere poſſibile eſſet nos eſſe in eſſe non tranſmutabili. com.98

Tempus, non ſequitur motum rectum, ſed circularem. com.111

Tempori per accidens contingit, ipſum menſurari. com.112

Tempus impoſſibile eſt, vt imaginetur, niſi cum motu. com.95

Tẽpus, eſt quãtum, & nõ quale. com.96

Vnum eorum quæ ſupponit naturalis eſt,

eſt,quod forma nō ſeparatur per ſe. cō.17

Libri quinti.

Continua ſunt, duorum vltima ſunt vnum. tex.25

Continua ſunt, quorum vltima ſunt ſimul. tex.22

Conſequenter ſe habentia ſunt inter quæ non eſt medium eiuſdem generis, vt domus cum domo,inter quas non eſt alia domus. tex.24

Contradictionis, nihil eſt mediū.tex.33

Conſequenter alicui eſt conſequenter, ac aliquid poſterius eſt. tex.25

Differentia,eſt qualitas quędam.tex.18

In ſubſtantia, non eſt motus quia in ea non eſt contrarietas. tex.10

Medium eſt, in quod magis aptum naturaliter eſt primum pertingere mutans, quàm in extremum. tex.22

Mutatio, eſt ex ſubiecto in ſubiectum, ex ſubiecto, in non ſubiectum, & ex non ſubiecto,in ſubiectum. tex.7

Medium,eſt quodammodo vtrunq; extremum. tex.52

Motus,eſt in moto. tex.5

Medium,comparatum extremorū, ha-

bet rationem alterius extremi. tex.6

Medium eſt, in quod prius mutat mutans, quàm in extremum. tex.22

Motus, eſt ſolum in tribus generibus. Quantitate, qualitate, vbi in quantitate, dicitur augmentum, vel diminutio. in qualitate, alteratio. in vbi vero, ſecundum locum mutatio. tex 18

Nō eſt albedo, motus, ſed mutatio. tex.5

Omnis motus, eſt à quoddam in quoddam. tex.3

Omne quod mouetur in tempore mouetur. tex.34

Omnis motus, recipit denominationem à termino ad quem. tex.4

Omne diminutum eſt, diminutum ratione principij. tex.45

Omnis motus, aut eſt ex contrario, aut in contrarium. tex.18

Quantitas, habet contrarium. tex.18

Species neq; mouet, neq; mouet. tex.3

Commentatoris in eundem.

Continua habet, quorum vltima habet ſic. com.26

Corpora non mouent ſe in loco, niſi per accidens. com.18

Contractus

Contractus naturalis, eſt per corpus. com. 30

Diuiſio, eſt incertior, quàm ſit inductio. com. 7

Diſtantia maxima, & minima, non diffiniuntur, niſi per lineam rectam. com. 24

Elementa, ſunt contraria ſecundũ qualitates ſuas, & non ſecundũ formas. cõ. 10

Forma ſubſtantialis, eſt finis motus generationis. Qualitas vero, eſt finis motus alterationis. com. 3

Generatio, eſt exitus eius, quod eſt in potentia, in actum, & eſt, eſſe non completum. com. 16

Hominem ſeneſcere, eſt via in corruptionem. com. 61

Impoſſibile eſt, quod aliquid exiſtens in aliquo ſit in illo de vno genere, & in alio, de alio genere. vt quod calor in homine, ſit de qualitate. & in igne, de ſubſtantia. com. 10

Illud eſt difficilis motus, quod tarde incipit. com. 2.

Lineæ arcuales, ſunt infinitæ. com 24

Lineæ recta, eſt breuiſſima inducta inter duo oppoſita. com. 24

Medicus nõ ſanat ꝑ ſe, niſi ꝑ aliud. cõ. 2
Medium inter potentiam & actum, eſt de genere actus. com. 9
Motus ſecundum ſuã materiam, eſt de genere termini ad quem ſecundum vero, formam, ſcilicet vt eſt tranſmutatio cõiuncta cũ tempore, in genere paſſionis. com. 9
Nulla ars, conſiderat de motu per accidens. com. 1
Non ens ſimpliciter, non recipit tranſmutationem. com. 7
Omnis motus, eſt de contrario in contrarium. com. 6
Omne contiguum in mathematicis, eſt continuum. com. 29
Omnis corruptio, eſt contriſtabilis neceſſario, ſed violenta magis. com. 57
Propriæ qualitates elementorum, in eis non ſunt ſubſtantiæ, ſed ſunt propinque ſubſtantiæ. com. 10
Pars fit totum, cum diuiditur. com. 17
Quum res fuerit in eadem diſpoſitione, tunc in ea non erit tranſmutato. com. 7
Quod eſt infinitum, & non ſecundum naturam terminatum, non continetur à ſcientia, nec eſt pars ſcientiæ demonſtratiuæ.

uæ. com.6

Res artificiales, non agunt in ſeipſas, niſi per accidens. com.2

Subſtantia generatur generatione ſimplici. alia nouem prædicamenta, generatione ſecundum quid. com.7

Tranſmutato de albedine in nigrediñe & de nigredine in albedinem, numeratur in vna ſpecie alterationis. com.7

Libri ſexti.

Continuum, eſt indiuiſibile in ſemper diuiſibilia. tex.3

Continuum eſt indiuiſibilibus eſſe, eſt impoſſibile. tex.1

Eædem ſunt diuiſiones, temporis, & magnitudinis. tex.17

Impoſſibile, non habet vltimum. tex.1

In ipſo nunc, nihil eſt aptum natum moueri, neque quieſcere. tex.30

Inter quælibet puncta ſignata, in continuo licet dare lineam mediam. tex.2

Illud dicitur tale, cuius maxime partes, aut plures ſunt tales. tex.83

Impoſſibile eſt, vt infinita pertranſeantur in tempore finito, & finita, in tempore infinito. tex.19

Inſtantia,

Inſtantia, non componunt tempus, nec puncta, lineam nec motus, componitur ex finibus. tex 88

Impoſſibile eſt motum fieri in inſtanti. tex. 129

Indiuiſibile, non poteſt moueri, niſi per accidens. tex. 36

Motus, diuiditur ad diuiſionem temporis. tex. 36

Nullum continuum, poteſt componi ex indiuiſibilibus. tex. 1

Nulla mutatio eſt infinita, ſecundum terminos, ſed bene ſecundum tempus, vt motus cœli. tex. 93

Omnis magnitudo, eſt diuiſibilis in magnitudines. tex. 11

Omnis motus, eſt in tempore, & in omni tempore, poteſt eſſe motus. tex. 15

Omne quod mouetur, eſt diuiſibile, q̃ cũ mouetur, partim eſt in termino à quo, & partim in termino ad quem. tex. 32

Omne quod mouetur, in tempore mouebatur. tex. 50

Omne quod ſtat, ſtat in tempore. te. 68

Omne quod mouetur, prius mouebatur. tex. 52

Punctum,

Punctum, non eſt continuum, neq; contiguum, nec conſequenter ſe habens cum alio punctum. tex. 2

Commentator in eundem.

Aliqua propoſitio, eſt poſſibilis per ſe, quæ eſt impoſſibilis, per accidens. com. 55

Actio cu uſlibet entis, per qualitatem terminatam. com 91

Continua prius continuantur, quàm continuentur. com. 1

Eædem ſunt diuiſiones, temporis, & magnitudinis. com. 16

Generatio, & corruptio, ſunt finis alterationis. com 45

Impoſſibile eſt, vt vna magnitudo habeat, niſi vnum motum. com. 35

Prima quantiſas carnis, eſt terminata. com. 69

Partes propinquiores centro, ſunt tardiores remotiores vero, ſunt velociores. com. 86

Qui aufert diuidendi facultatem, à tempore, & à magnitudine, aufert velocitatẽ, & tarditatem. com. 11

Rei, forma, eſt indiuiſibilis. com. 45

Libri ſeptimi.

Augens,& auctum,ſimul ſunt. tex.13
Alteratio,eſt ſolũ in ſenſibilibus. tex.15
Ab experientia particularium, accipimus vniuerſalem ſcientiam. tex 20
Aequiuoca,latent inter genera. tex.31
In mouentibus, & motis,non eſt abire in infinitum. tex.3
In omni motione, alterans eſt ſimul cum alterante. tex.11
In quieſcendo, & ſedendo, anima fit prudens. tex.20
In ſpecie,fit à Thoma cõparatio.tex.29
Infantes non ita, ſicut ſenes, ſentire poſſunt. tex.20
Mouens,& motum,ſunt ſimul. tex.9
Motus,qui eſt ab extrinſeco motore,eſt violentus. tex.10
Motus localis,eſt primus motuũ. te.10
Omne quod mouetur, ab alio mouetur. tex.11
Poſſibili poſito,in eſſe nullum ſequitur inconueniens. tex.10
Quod ab alio mouetur, vt ſecundum tractionem,vectionem,& vertiginem mouetur.

Sanitas, eſt commenſuratio calidorum, & frigidorum. tex.17

Sedendo,& quieſcendo, anima ſit prudens. tex.20

Sola vniuoca,ſunt comparabilia. tex.24

Virtus,eſt perfectio quædam. tex.18

Vnumquodq; tunc maxime perfectum eſt,cum attingit propriam virtutē. tex.18

Commentator in eundem.

Cor, eſt primum motum in animalibus. com.4

Denſitas, eſt tranſmutatio alicuius ad minorem,magnitudinem, raritas vero,ad maiorem. com.15

Diſpoſitio laudabiliſſima animalis eſt, vt in omnibus diſpoſitionibus ſuis ſit ſecundum curſum naturæ. com.17

Motus circularis,eſt magis ſimplex, quā cæteri. com.10

Motus,eſt notius motu apud nos. cō.32

Magnes, virtutem ſuam amittit, quando fricatur cum oleo. com 10

Pulchritudo, eſt proportio inter membra media,& extrema. com.17

Libri octaui.

Accidens,non eſt neceſſarium,ſed contingens

cingens non eſſe. tex.36.

Dicere, omnia quieſcere, & huius rationem quærere, & teſtimoniū ſenſus in hoc dimittere, infirmitas eſt intellectus. tex.22

Finiti ad infinitum, nulla eſt proportio. tex.15

Grauia, & leuia mouentur à generante per ſe, ſed à remouente prohibens per accidens. tex.4

Inſtans, eſt principium futuri, & finis præteriti. tex.11

In continuo ſunt infinita media, in potentia. tex.68

In circulo, non eſt dare principium, nec finem. tex.76

Impoſſibile eſt, mouens finitum mouere, per tempus infinitum. tex 78

In magnitudine finita, impoſſibile eſt eſſe virtutem infinitam, & contra. tex 69

In tempore, nihil eſt accipere, præter nunc. tex.11

Inter augmentum, & diminutionem, cadit medium. tex.23

Motus, eſt vt vita omnibus natura ſubſiſtentibus. tex.1

Moueri ex ſeipſo, eſt proprium animalibus.

libus. tex.29

Motus circularis,eſt ab eodẽ ĩ idẽ.te.73

Mouens corporeum, non mouet niſi motum. tex.35

Natura,eſt cauſa oĩs ordinationis.te.15

Naturam,eſſe principium motus, & argumentum in naturalibus. tex.20

Nihil, eſt accipere in tpe,niſi nũc.te.11

Nutrimentum non continuatur, niſi cum ſimili. tex.55

Peccat voluntarius,ſciens quando à cõtrario vtitur ſcientia. tex.8

Prius oportet eſſe combuſtibile, antequam comburatur. tex.4

Plato ſolus,Generat tempus. tex.10

Principiorũ,non eſt altera cauſa.tex.15

Phantaſia, & opinio,motus quidam eſſe videntur. tex.26

Primꝰ motor,oĩno eſt ĩmobilis. tex.45

Primus omnium motuum, eſt motus localis. tex.55

Primus motor,eſt in circunferentia primi mobilis. tex.84

Quies,eſt priuatio motus. tex.7

Quærere rationẽ & dimittere ſenſum, infirmitas quædam eſt intellectus tex.22

Quod

Quod ex ſe mouetur, tantum vno motu mouetur. tex.29

Sciẽtia cõtrariorũ, videt̃ vna eſſe. tex.10

Solus motus circularis, eſt vere continuus, & perpetuus. tex.64

Solum id mouetur proprie, cum localiter mouetur. tex.77

Tempus, eſt quædã paſſio motus. tex.11

Commentator in eundem.

Agens, non poſſe agere impoſſibile, nõ eſt eius diminutio ſed dicere, ipſum agere impoſſibile, eſt deceptio. com.4

Ab vno non prouenit eſſentialiter, niſi vnum. com.51

Corpus cœleſte, eſt medium inter æternum & corruptibile. com.10

Diuinus, accipit prima principia, mouentia à naturali, & nullam habet viam ad demonſtrandum, primum motorem eſſe. com.3

Experimentum ſermonum verorum eſt, vt conuenia: ſenſu perceptis. com.22

Generatio, aut eſt alteratio, aut ſequitur alterationem. com.56

Inſtans, eſt principium futuri, & finis præteriti. com.10

In circulo,nullus eſt punctus actu, qui ſit principium,& finis ſed cũ imaginatur, tũc in eo erit principium,& finis. com.73

Lis, & amicitia nõ inuenitur,niſi in ani malibus, & proprie rationalibus, non in inanimatis. com.15

Motus generationis,non eſt motus,ſed finis motus. com.7

Omnis qui loquitur de entibus natura libus,concedit motum eſſe. com.1

Omnis opinio, cui contradicit ſenſus, non eſt bona. com.26

Oĩs motus,eſt via ad gñationẽ.com 62

Principium motus, de omnibus mobilibus eſt ſicut anima,de rebus viuis.com.1

Subiectum motus,dicitur eſſe de natura continui, & non diſcreti propter hoc quod motus eſt continuns. com.40

Tempus facit prius, & poſterius in rebꝰ quę non mouentur.in rebus autem, quæ mouentur,prius,& poſterius exiſtunt per ſe. com.10

De cœlo,& mundo,Libri. Libri primi.

A primo ente ſingulis communicatum eſt, eſſe, & viuere his quidem, clarius his vero,obſcurius. tex.110

Corporis ſimplicis, ſimplex eſt motus. tex. 23

Circulus, eſt perfectior figurarum. tex. 13

Corpus, eſt omni quæque diuiſibile. tex. 2

Continuum eſt, quod eſt diuiſibile in ſemper diuiſibilia. tex. 2

Cœlum non eſt graue, nec leue. tex. 8

Cęlum eſt ingenerabile, incorruptibile, in augmentabile, & immutabile. tex. 20

Deus, & natura nihil agunt fruſtra. tex. 32

Denominatio, fit à fine, & à digniori. tex. 116

Entia, ab eiſdem ipſis corrumpuntur, ex quibus natura conſtant. tex. 104

Exitus, eſt ſecundum defectus. tex. 4

Eadem eſt ratio, totius, & partis. tex. 15

Entia, propter naturam, citiſſime corrumpuntur. tex. 15

Extra cœlum, nullū corpus eſt. tex. 69

Extra cœlum, nō eſt tempus, nec locus nec vacuum, ſed ibi ſunt entia, vitam optimam ducentia, quā toto æterno perficiūt, inuariabilia, & impaſſibilia. tex. 100

Fruſtra eſt calceamentum, cuius non eſt calceatio. tex.32

Forma ſecundum ſe eſt alia, vt eſt in materia. tex 92

Finiti ad infinitum, nulla eſt proportio. tex.52

Generatio,& corruptio, ſunt inter contraria. tex.20

Iſte terminus omne, dicitur de tribus, & non paucioribus. tex.2

Impoſſibile eſt, eſſe plures mundos. tex. 76

Infinitum, habet maximam quantitatem in magnitudine. tex.33

Ingenitum,& incorruptibile, conuertuntur. tex.125

Indicaturos verum ſufficienter, diſquiſitores oportet, ſed non inimicos eſſe. tex. 101

Latinorum, quæ alicui ineſt præter naturam, alteri ſecundum naturam ineſt. tex. 18

Motus ſimplex, corporis ſimplicis. tex 8

Motus miſti eſt, ab elemento dominante. tex.7

Motus violētus, remittitur in fine. t.89

Motus circularis, eſt primus omnium motuum. tex. 12

Motus, non eſt ſine corpore phyſico. tex. 92

Non ſunt, plures mundi, quia tota eius materia à ſua forma comprehenſa eſt. tex. 95

Omnia quæ mouentur, cũ perueniunt ad proprium locum, quieſcunt. tex. 100

Oĩa q̃ generãtur, ẽt corrũpuntur. t. 102

Omne ſenſibile eſt in materia. tex. 92

Perfectio rerum, conſiſtit in tribus. te. 2

Perfectum eſt, cui nihil deeſt. tex. 4

Perfectũ natura prius eſt imperfectio, tex. 12

Paruus error in principio, in fine fit maximus. tex 33

Qui dicit cœlum, dicit formã: qui dicit hoc cęlum, dicit formã in materia. tex. 92

Quorumcunq; ſubſtãtia, eſt ſubſtantia, materia horum nihil contingit factum eſſe, non exiſtente materia. tex. 94

Si alicui ineſt vnus motus accidentaliter, alteri ineſt naturaliter. tex. 14

Totum vniuerſum neceſſe eſt, eſſe perfectum. tex. 4

Totum, & partes mouentur ad eundem locum. tex. 19

Tripliciter accipitur cœlum, pro orbe ſtellarum fixarum pro corpore quinto, & pro toto vniuerſo. tex. 96

Commentator in eundem.

Alterabile, non eſt perfectum. com. 1

Corpus cœleſte, eſt primum corporũ, & ſimplicium, & compoſitorum, cum ſit ingenerabile, & incorruptibile, & ſecundum partem & ſecundum totum. com. 13

Doctrina demonſtratiua, nõ vtitur nominibus ſynonymis. com. 1

Duæ res, non dicuntur numerus ſimplex, ſed tantum duo. com. 91

Forma eſt ſubiectũ vniuerſalitatis. cõ. 2

Habens contrarium, impoſſibile eſt, vt permaneat per tempus infinitũ. com. 140

In materia, non eſt potentia, niſi apud ſeparationem eius à forma. com. 20

In eo, quod factum ex tota materia, impoſſibile eſt reperire duo indiuidua in actu. com. 93

Mathematicus, conſiderat magnitudines, vt abſtractas à materia naturalis vero, vt vltima materiæ. com. 1

Motus ignis,& aeris, eſt compoſitus ex recto & circulari. com.14

Motus circularis, nõ habet contrarium non in eo, quod eſt motus abſtractus à corporibus naturalibus, ſed inquantum eſt in corpore moto, ſecundum naturam. com.32

Natura dicitur de cœlo, & de aliis corporibus æquiuoce. com.5

Natura materiæ cœli eſt innata, non moueri violenter, & non quieſcere naturaliter. com.100

Nihil agit in ſuum ſimile, ſed contrarium. com.20

Omnia entia, aut ſunt ſubſtantia, aut accidentia, aut viæ ad eſſe eorum. com.9

Perfectum eſt, quod non recipit additionem, nec fertur in aliud eſſe. com.4

Potentiæ corporum, ſequuntur magnitudines eorum. com.33

Pluralitas indiuiduorum in eadem ſpecie, diminutionem arguit. com.4

Potentia actiua, terminatur per maximum. paſſiua, non per minimum. com.11

Stellæ cœli non ſunt tranſmutabiles. com. 19

Sermo de principiis, eſt ſermo de omnibus, ſcilicet in potentia. com.33

Totus mundus, eſt perfectus omnibus modis perfectionis. com.4

Tranſmutatio non accidit, niſi propter corporis habitum. com.100

Libri ſecundi.

Affirmatio, eſt prius negatione. com.18

Animal eſt id, propter quod fit omnis operatio. com.63

Cœlum, mouetur ſine labore, & fatigatione. tex.3

Cœlum, eſt rotundæ figuræ. tex.22

Cœlum, continet in ſeipſo infinitum tempus. tex.1

Circulus, eſt prior figurarum. tex.23

Corpora propinqua terræ, mouentur paucis motibus. tex.66

Dextrum cœli, eſt oriens ſiniſtrum vero occidens. tex.15

Dei operatio, immortalitas. tex.17

Eadem eſt materia contrariorũ. tex.18

Figura ſphærica, eſt nobilior omnium figurarum. tex.21

Illud quod per actiones paucas acquiritur, facilius eſt, quod vero per plures, difficilius.

cilius. tex.63

Illud eſt melius, quod optimo propinquius eſt. tex 66

Illud quod paucioribus actionibus bonitatem ſuam participat, nobilius eſt eo, quod pluribus. tex.62

Motus cœli, eſt cauſa, & menſura omnium motuum. tex.28

Motus cœli, eſt continuus, æternus, & vniformis. tex.28

Motus circularis, nō contrarius eſt motui circulari motus, natus eſt ignire & ligna, & lapides, & ferrum. tex.42

Mirabilia naturæ, ſunt multa. tex.60

Maximum, & optimum bonum omnibus, eſt ſortiri finem optimum. tex.66

Nullum violentum, eſt perpetuū. tex.5

Natura nihil facit vt contingit. tex.50

Natura nihil facit irrationabiliter, nec fruſtra. tex.59

Oportet motū cœli, eſſe circa aliquod fixum, ſcilicet terram. tex.18

Omne contiguum ſphærico, eſt ſphæricum. tex.30

Oppoſita iuxta ſe poſita, magis eluceſcunt. tex.40

Omnes ſtellę ſunt rotundę figuræ. te.48

Perfectum eſt, cuius nihil eſt extra accipere. tex.23

Remiſſio vniuſcuiuſque, fit per impotentiam. tex.39

Si vnum, contrarium eſt natura, neceſſe eſt & alterum eſſe natura. tex.18

Stellæ ſunt eiuſdem, naturæ, cuius eſt cœlum. tex.41

Stellæ, in inferioribus, cauſantur calorem, & lumen. tex.42

Surſum, eſt principium longitudinis. dextrum, latitudinis, & anterius, profunditatis. tex.8.

Terra, in totum non mouetur. tex.66

Vnum, eſt prius multo, & ſimplex com poſito. tex.22

Vnumquodque quorum eſt opus, gratia operis. tex.17

Commentator in eundem.

Animal, primo mouet pedē dextrū, poſtea ſiniſtrū, vt ſuper eo ſuſtentetur. Et motus pedis ſiniſtri, eſt accidentalis. com 8

Bonum, ſimpliciter eſt illud, cui non accidit fatigatio in ſua actione. com.3

Cœlum non habet motum naturalem

alium

alium à voluntario. com.5

Cauſa adunationis materiæ & formæ, cœli eſt, quia eius forma non cohæret materiæ mediantibus dimenſionibus, ſicut formæ generabiles, & corruptibiles. com. 8

Compoſitum eſt ſimplicibus, eſt compoſitum ex contrariis. com.1

Cauſa quare cœlum non cadit, ſecundum Empedoclem, eſt velocitas ſui motus. com.5

Cognitis ſubſtantijs rerum. cognoſcuntur accidentia eſſentialia contingentia eis. com.46

Color aeris, à Sole & ſtellis eſt propter cõfirmationem partium aeris adinuicem, propter motum Solis, & ſtellarũ. com.42

Corpus, non mouet aliud corpus niſi tactu com.71

Eſſe elementorũ, eſt propinquius materiæ, quam formæ eſſe vero, cœli formæ. com. 22

Forma, & formatum, in cęlo ſunt idem numero. com.3

Frigidum, eſt priuatio calidi. com.18

Figura ſphærica, in cęleſtibus eſt eſſentialiter

tialiter

tialiter in elementis vero, accidentaliter. com.26

In diuinis, actio eorum prima intentione eſt, propter ſuum eſſe ſecundaria vero propter aliud. com.17

Illud, quod ex extra corpus cœleſte, nõ eſt in tempore. com.1

Impoſſibile eſt, quòd mũdus ſit maior, aut minor, quàm nunc eſt. com.28

Locus æterni, eſt æternus. com.2

Quilibet motus, menſuratur per motum velociorem ſcipſo. com.28

Remotio, à motu dat grauitatẽ, & quietem, & frigiditatem. Sicut vicinitas, dat leuitatem, caliditatem, & motum. com 93

Triangulus, eſt prior figuris recti caliditatem & motum lineis. com.22

Viſibilia, mouent media, quouſque motus eorum perueniat ad virtutem corporalem. com.12

Libri tertij.

Elementum eſt illud in quod corpora diſſoluuntur, & non eſt diuiſibile in altera ſpecie. tex.31

Elementa, ſunt in miſtis in potentia. tex.32

Elementa nō eſſent infinita, ſed finita, & ſunt generabilia, & corruptibilia. te.52
Figuræ nihil eſt contrarium. tex.57
Generatio aut non eſt, aut in elementis, & in factis ex eis. tex.2
Impoſſibile eſt, diuiſibile componi ex indiuiſibilibus. tex.7
Nullum impoſſibile fit. tex.19
Tempus infinitum, non eſt extra tempus infinitum. tex.52

Commentator in eundem.

Augumentatio in infinitum, eſt ex materia, & non ex forma. com.6
Humiditas in aere, eſt maior, quàm caliditas. com.90
Impoſſibile eſt, formam in quantum forma eſt, in infinitum augeri. com.6
Ignis, eſt ebulitio corporis calidi, & ſicci. com.22
Indiuiduum, eſt vnum ſecundum formam ſubſtantialem. com.67
Materia prima, primo ſubſternit elemētis, & mediantibus his compoſitis. com.67
Motus, qui fit ex neceſſitate vacui, non eſt naturalis, ſed violentus. com 39
Nihil, corrumpitur in nihil, & nihil, generatur

neratur ex nihilo. com.52

Nihil corrũpitur, niſi à ſuo maiori. c.52

Plato, nihil ſciuit de materia prima. c.17

Poſſe ſecundũ rei veritate nõ dicit, niſi poſſibilitatẽ, quæ eſt in animalibus. cõ.67

Libri quinti.

Continẽs, habet modum formæ, & contentum materiæ. tex.35

Corpora lata, natant ſuper aquam oblonga vero, non quia lata plus de aqua cõprehendunt, & tardius ipſam diuidunt, quàm oblonga. tex.45

Extremum cœli, dicitur ſurſum medium vero, deorſum. tex.5

Graue dicitur, qđ mouet deorſum. te.6

Ignis, eſt leuis, terra vero, grauis. tex.19

Leue dicitur, qđ ſurſum mouetur. te.6

Locus ſurſum, eſt quaſi forma deorſum vero, quaſi materia. tex.35

Omnia inferiora, corpora habent grauitatem, præter ignem. tex.30

Commentator in eundem.

Congelatio, eſt corporis frigidi, & humidi. com.32

Cuprum eſt leuius argẽto viuo. com 3

Forma eſt finis rei habẽtis formã. cõ.23

Forma,& locus in hoc cõueniunt, quia vtrunq; eſt finis continens, ſed differunt, quia forma non eſt diſtincta locus vero, eſt finis diſtinctus. com.23

Grauitas, magis dominatur in compoſitis. com.6

Habitus, comprehenditur intellectu, mediante actione. com.2

Perfectio duplex, alia finis generationis, alia finis rei generatæ. com.22

Potentia actiua, cum exierit in actum, non indiget motore extrinſeco. paſſiua vero ſic. com.11

Rés æternæ, non habent agens, niſi ſecundum ſimilitudinem, inquantum ſcilicet conſeruans. com.1

De generatione, & corruptione, libri, Libri primi.

Ad pauca reſpicientes, de facili enunciant. tex.8

Agens,& patiens, ſunt diſſimilia in genere,& ſimilia in ſpecie. tex.50

Agens, non agit, niſi approximatum. tex. 54

Aer, ſecundū ſenſum minus eſt. tex. 19

Elementa, non manent in miſto actu, ſed virtute. tex. 84

Ex nihilo nihil ſit. tex. 2

Finis non agit, niſi metaphorice. tex. 55

Generatio, eſt tranſmutatio totius in totum, nullo ſenſibili remanente, in ſubiecto. tex. 23

Generatio ſimplex eſt quando totum matatur in totum. tex. 10

Generatio vnius, eſt corruptio alterius. & contra, ideo tranſmutatio eſt æterna. tex. 17

Generatio ſimpliciter, eſt via in ens ſimpliciter. Et corruptio ſimpliciter, eſt via in non ens ſimpliciter. tex. 18

Hyle, eſt proprium ſubiectum generationis, & corruptionis. tex. 24

Habitibus præſentibus in materia, ceſſat motus. tex. 55

Miſtio, eſt miſcibilium alteratorum vnio. tex. 90

Omnium adinuicem tranſmutationē habentium, eſt eadem materia. tex. 1

Quod non eſt cognitum, eſt ens. tex. 19

Commen-

Commentator in eundem.

Indiuidua, ſupra quorum compoſitionem vincit ignis, ſunt perfectiora in eſſe quàm ea, in quorum compoſitionem vincit terra. com. 18

Non eſt credendum, Ariſtotelē dixiſſe aliquid ſine forti ratione. com. 30

Perfectū in rei veritate eſt illud, quod eſt perfectius apud intellectum. com 19

Libri ſecundi.

Calidum, cōgregat ſimul genita, & diſgregat aliter genita frigidum vero, cōgregat utrunque. tex. 8

Cōtraria, nō nata habēt cōiungi tex. 16

Cōtrariorū, cōtrariæ ſunt cauſæ. tex. 66

Caliditas, primo ineſt igni frigiditas, aquę humiditas, aeri, & ſiccitas, terrę. te. 23

Calidum in actu, eſt frigidum in potentia. tex. 48

Elementa omnia, adinuicem contrarietatem habent. tex. 24

Elementa, ſunt actiua, & paſſiua adinuicem. tex. 8

Ex eiſdem ſunt, & nutriuntur omnia. tex. 50

Facilius eſt tranſmutare vnum, quàm multa.

multa. tex.25

Flamma, eſt ſumus ardens. tex 28

Generatio eſt in contraria, etiam ex contrarijs. tex 24

Generatio, & corruptio, ſunt perpetua. tex.56

Humidum, eſt male terminabile termino proprio, ſed bene alieno. ſiccum vero, è conuerſo. tex.9

Homines, & animalia, non reiterantur in ſe ipſa, vt ruiſus generetur idem. tex.70

In habentibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus. tex.25

Ignis, eſt contrarius aquæ, & aer, terræ. tex 49

Idem & ſimiliter ſe habens, ſemper idē eſt aptum natum facere. tex.59

Impoſſibile eſt omnia ſemper manere, propter longe diſtare à primo principio. tex.60

Materia, eſt cauſa. quare entia poſſunt eſſe, & non eſſe. tex.51

Materiæ eſt, pati. agere vero, alterius, ſcilicet formæ. tex.53

Melius eſt eſſe, quàm non eſſe. tex.59

Neceſſe eſt miſta, ex omnibus conſtare

elementis. tex.49
Natura ſemper deſiderat id quod melius eſt. tex.59
Omnia nutriuntur ex eiſdem, ex quibus ſunt. tex.50
Omne tempus, & vita menſuratur periodo. tex.58
Vita Vniuſcuiuſque naturam habentis, certa menſuratur periodo, quædā tamen, longiori, quædam vero, breuiore. tex.57

Commentator in eundem.

Complexiones, ſunt ſecundum magis, & minus in eadem ſpecie. com.58
Inter fœminas omnes, Mulier maxime ſanguine abundat.

Minus calueſcunt, habentes mentum bipartitum.

Neruus abſciſſus, ſolidari non poteſt.

Nullum animal, habet os circa ventrē.

Os. poſt abſciſſionem non creſcit.

Oſſa leonis, ita dura ſunt. vt ſi collidan-

tur, reddant ignem.

Omne ſanguinem, cito putreſcit.

Oſſa porci, & leonis, modicam, vel nullam habent medullam.

Omnes aues habent teſtes, ſed intus manentes.

Omnia oſſa, neruis ligantur præter caput, quod non neruis, ſed ſuturis oſſium continetur.

Omne pingue, eſt exangue.

Piſces, non habent teſtes.

Pili palpebrarum defluunt, rebus Venereis inceptis.

Ren dexter, ſemper minus pingueſcit, quàm ſiniſter.

Si ſanguis integer exit, rubet, & eſt dulcis ſaporis. ſi vero natura, vel morbo fuerit vitiatus, acrior cernitur.

Sanguis, primo oritur in corde antequam totum corpus formetur.

Sanguis fœminarum, nigrior eſt, & craſſior ſanguine maſculorum.

Vipera, edit animal poſtquam intra ſe oua peperit.

Libri quarti.

Gallus vociferatur poſt pugnam.

Homo,

Homo, non ſomniat ante quartum annum, ſed poſt.

Homines, qui nunquam ſomniauerũt, viſo ſomnio, mutantur vel in mortem, vel morbum.

Muti poſſunt emittere vocem, ſed non locutionem.

Mares, longioris ſunt vitæ, quàm fœminæ, præterquam in genere mulorum.

Mares, habent partes ſuperiores validiores, fœminæ vero, inferiores

Non ſolus homo ſomniat, ſed ẽt bruta.

Omnes piſces audiunt.

Omne aĩal carens pulmone, caret voce.

Omnium animalium fœminæ gracilioris, & acutioris ſunt vocis quàm maſculi excepta vacca.

Omne animal generans, & patiens, habet omnes quinque ſenſu, niſi ſint ei læſa organa.

Piſces, habent linguã, ſed imperfectam. Et quibuſdam pro lingua, datum eſt palatum carnoſum.

Qui non habent linguam liberam, & abſolutam, non emittunt vocem, neq; ſermocinantur.

Singulis animalibus, in ſunt voces propriæ ad initium, & coitum.

Surdus à natiuitate, eſt etiam mutus.

Talpa, non habet oculos, quia in generatione eius natura læditur.

Libri quinti.

Canes, portant fœtũ per ſexaginta dies, aut vno, aut duobus aut ad ſummum tribus, & ſi celerius parit, fœtus educari non poteſt.

Gallinæ pariunt omnibus temporibus anni, exceptis diebus brumalibus.

Homo, incipit ferre ſemen; circa annos bis ſeptem, ſed recipit vim genitalem, circa annos ter ſeptem.

Homo mas vſq; ad ſeptuageſimum annum poteſt generare. Fœmina, non vſque ad quinquageſimum. Sed magna ex parte Maribus finis procreandi eſt, quintus & ſexageſimus annus. Fœminis autem, quintus & quadrageſimus.

Homines maſculi, magis ſtimulantur ad Venerem tempore hyemali. Fœminæ vero, tempore æſtiuali.

Hirundo, eſt prima auis, quæ parit, & vltima, quæ educat partum, & ipſum felici-

ter ad finem ducit.

Mas elephantis, incipit coire anno ſexto,& non recipit coitum, niſi triennio interpoſito.

Mus aquatilis, ſiue teſtudo lutaria, parit,oua, & ipſa deſerit, terra obruta,& die trigeſima repetit, & refoſſa aperit,& fœtū generatum continuo per aquam ducit.

Natura ſtatuit ſingulis animalibus tempora, & ætates certas ad coitum, præterquam homini ipſi enim omnibus temporibus, opportunus eſt coitus.

Omne animal carens pedibus, caret teſticulis.

Oues, parere poſſunt vſq; ad octauum annum,& ſi bene curentur, vſque ad vndecimum, & etiam poteſt fieri,quòd per totum tempus rite coeant.

Piſces quando pariunt, mares ſequuntur fœminas,& vorant oua,& ex ouis non voratis,oriuntur poſtea piſces.

Plurima pars piſcium, parit in vere.

Proles equorum, præſtantior eſt vſque ad vigeſimum annum, mas coit vſque ad trigeſimum, fœmina autem, coit vſque ad quadrageſimum; & pluſquàm quadraginta

draginta annis viuit.

Papiliones, naſcuntur ex erucis, & erucæ, ex foliis virentibus.

Sus, incipit coire octauo menſe.

Tabani, naſcuntur ex ligno.

Libri ſexti.

Animalia omnia habent appetitum, & delectationem ad coitum.

Columbis, hic ritus proprius in coitu ineſt, vt mas nõ aſcendat, niſi ante mutuo ſe oſculentur, ſed aliter, & aliter iunior ſe habet, & ſenior, ſenior enim primum coitum oſculo exorditur, ſequentem vero, ſine oſculo agit iunior autem quoties, libet coire, toties oſcus oſculatur.

Columbæ, magna ex parte generãt marem, & fœminam marem quidam prius, fœminam vero poſt.

Cuculus, non parit in nido proprio, ſed alieno, & oua quæ ibi inuenit, edit, & ſua fouet.

Capræ, viuunt vſq; ad octauum annum oues vero, vſque ad decimum, & duces ouium, vſque ad quintumdecimum.

Canes, poſtquàm pepererint, manent per ſex menſes, antequàm coeant.

Catuli nati. per quintam partem anni, carent luce duodecim diebus nati vero per quartam decem & ſeptem diebus.

Canes, maxima ex parte viuunt vſq; ad quatuordecim annos, ſed nonnulli ad viginti protrahunt vitam, vt dicitur de cane Vlyſſis.

Camelus, viuit pluſquàm quinquaginta annis.

Cerua vt plurimum parit iuxtas vias, metu belluarum.

Delphini, portant fœtum decem menſibus,& pariunt in æſtate nullo alio tempore & magna charitas in eis,erga gnatos.

Equus,habet quadraginta dentes.

Lupus parit fœtum cæcum,ſicut canis.

Nulla auis interimitur ab alia eiuſdem generis, præterquàm pullus qui interimitur ab accipitre.

Ouum gallinæ, magna ex parte perficitur in decem diebus.

Origo pulli,eſt in albumine.

Pauo,viuit annis vigintiquinque.

Paſtores,nō conſtituunt ducem capris, quia earum natura lubrica, & mobilis eſt.

Paſtores gregis ouilis,nunciant annum

felicē gregi eſſe, in quo maiores natū tempeſtiue libidine incitantur. illum vero infelicem, in quo minores.

Sola anguilla inter genus ſanguineum, generantur ſine coitu, & ſine ouis.

Singulis ouilibus ſinguli duces conſtituunt, qui quoties ſuo nomine à paſtore vocentur, antecedunt.

Turdus facit nidum, vt hirundo, ex luto, in excelſis arboribus.

Vita palumbium, exiſtimatur durare vſque ad quadraginta annos. perdicum vero, ſexdecim.

Libri ſeptimi.

Animalia omnia, naſcuntur cum dentibus. excepto homine, qui incipit dentire ſeptimo menſe.

Homo, poteſt naſci decimo, & vndecimo menſe.

Incipientibus Venerem, vox tranſit in ſonum virilem. abſtinentibus vero, è contrario.

Mulieres iuniores, facilius concipiunt. ſed in puerperio vehementius laborant.

Mares plurimi ad ſexageſimum generāt quem ſi exceſſerint, ad ſeptuageſimū vſq; procedunt.

que

procedunt.

Nullum animal in partu patitur tam vehementiſſimos dolores, ſicut Mulier.

Omne animal prægnans, recuſat coitū, exceptis mulier,& equa.

Si Mulier prægnans immodice vtatur ſale, parit fœtum ſine vnguibus.

Vir, generat ante ter ſeptimum annum ſed debile,& imperfectum.

Vt plurimum menſtrua deſinunt mulieribus circa quadrageſimum annum, & illis quæ exceſſerint tale tempus, ſeruantur vſque ad ſexageſimum,& nonnullæ illo tempore pepererunt, ſed vltra non poſſunt protrahere.

Libri octaui.

Animalia habentia dentes ſerratos, bibunt lambendo habentia vero continuos bibunt ſorbendo.

Animalia diſcendentia de locis frigidis, ſunt pinguiora, quàm quæ diſcendunt de calidis.

Auſter, ventus eſt humidus,& grauis.

Circa duo verſatur vita,& omne ſtudiū animalium. in procreando,& alendo.

Canes, moriuntur ex rabie,& quæ morſa

ſa ſunt ab eiſdē rabidis, excepto homine.

Glandes comeſtæ ſolæ à ſuibus, generāt carnem humidam, & ſi copioſe grauidis dentur, abortum faciunt.

Homines habitantes in montibus, fortiores ſunt habitantibus in planicie.

Leones, ac lupi gulose comedunt & ſine maſticatione, & tactum comedunt vna die, quantum ſufficit per tres dies.

Lupi, cum eſuriunt, & non habent carnes, comedunt quandam terram, quæ eis eſt cibus, & non comedunt herbas, niſi quando morbo laborant.

Omnia animalia morſa à carne rabido rabiunt, excepto homine.

Purpura eadem die moritur, quā aquā amnis fluentis in mare guſtauerit.

Si animal reſpirās, claudatur in exiguo aere, moritur cito.

Turtures, eſtate ſolum videntur, hyeme autem ſe conducunt.

Vrſus cum pugnat contra taurum ſternit ſe reſupinum: dumq; taurus ipſum ferire conatur, ipſe ſuis brachiis contra amplectitur, & taurum morſibus ferit.

Vaccæ, diligunt bibere aquam claram, equi

equi vero, turbidam.

Libri noni.

Apes omnes, cum aliqua illarum in aluero moritur, cadauer foras educunt.

Apes, tempore matutino ſilent, donec vna earum, gemino aut triplici bombo omnes excitet.

Apes, habent regem, qui non exit alueolum, niſi cum omnibus apibus.

Ceruus, eijcit cornua ſua vbi difficile eſt ea inueniri. Vnde natum prouerbium, vade vbi ceruus depoſuit cornua.

Cerui ſibilo & cantu venātium capiuntur. illa enim voluptate eijciuntur, vnus venantium palam cantat, aut ſibilat: alter vero, clam à tergo ipſum ferit.

Elephas, eſt placidiſſimus, & nitiſſimus omnium ferarum.

Eiectis cornibus ceruus in die latet, & nocte ad paſcua vadit, vt vacet tædio muſcarum.

Fœminæ omnes ſunt minus animoſæ, quàm mares præter vrſam, & pantheram.

Grues, inter ſe vehementer dimicāt, ita vt pugnantes capiantur, & potius patiuntur expectare hominem, quam pugnam relin-

relinquere.

Grues rectorem habent, qui cæteris dormientibus excubat capite eleuatū, & quod ſentit, voce ſignificat.

Ligurini, ſunt ignobiles & vita, & calore. ſed valent vocis amœnitate.

Muſtela, cum eſt dimicatura, cum ſerpente comedit rutam.

Mortuo delphino, multi concurrunt, & ipſum in profundo ſepeliunt, ne ab aliis comedatur.

Mulier, melioris eſt pietatis, quàm Vir. ſed maioris inuidiæ, & malitioſior eſt viro, & facilis decipi.

Perdix, parit oua decem, & non pauciora & ſæpius ſexdecim.

Libri decimi.

Corpus, eſt factum propter animam, & non anima propter corpus.

Forma, eſt magis principium rei quam materia.

Generatio, eſt gratia ſubſtantiæ, & non ſubſtantia eſt, gratia generationis.

Homo mortuus, quanquam habeat eandem formam figuræ, tamen nō eſt homo.

Membra, non oriuntur ſine ordine ſed

primum hoc, deinde illud.

Scientiæ, ſibi vendicant præſtantiam.

Tempore Socratis, omne ſtudium philoſophiæ tranſlatum erat, ad virtutem vtilem, & ciuilem vſum.

Tunc coniunctum deſinit eſſe animal, quàm primum, anima diſceſſit à corpore.

Libri vndecimi.

Alimentum vltimum animalibus ſanguineis, eſt ſanguis.

Animalia veſcentia carnem, habent duriora oſſa, quàm non veſcentia carnem & plus animal maſculũ, quam fœmininum.

Animalia habentia corpus piloſum, carent cauda, vt patet in vrſis.

Compoſitio, eſt triplex: prima, eſt ex virtutibus elementorum. ſecunda, ex partibus homogeneis. tertia, ex partibus heterogeneis.

Cupiditas rei, eſt valde ſuauis.

Homo in proportione ſui corporis, habet cerebrum maximum omnium animalium, & inter homines, maſculus.

Homo inter animalia habet caput maxime piloſum.

Lingua, eſt propter ſapores percipiendos,

dos,& literas exprimendas.

Miſta, non componuntur ex elementis, ſed ex virtutibus elementorum.

Omnia animalia, continent cerebrum in parte priori capitis.

Pars poſterior capitis, caret cerebro.

Viſus, obtinet naturam aquæ.

Libri duodecimi.

Animalia carẽtia pulmone, carẽt collo.

Animal magni, cordis, naturaliter eſt pauidum. Parui vero, eſt audentius.

Cor, eſt corpus cauũ, & ſpiſſum cauum, vt contineat ſanguinem ſpiſſum, vt poſſit ſeruare principium caloris.

Fœminæ ceruorum non habent dentes ſuperiores, nec cornua.

Homo habet dentes ſuperiores acutos, vt ſecent maxillares vero latos, vt molant.

In homine, cor declinat ad ſiniſtrã partem in aliis vero aĩalibus, exiſtit in medio.

Naturam, conſtituit rem nobiliorem in locum nobiliorem, vt cor in medio.

Omne animal cornutum, caret dentibus in ſuperiori mandibula.

Sanguis, eſt calidus, & humidus.

Libri

Libri decimitertij.

Animalibus, propter timorem accidit effuſio ventris & vrinæ.

Cauſa ventris eſt, propter cibum, vt digeratur.

Delphin non habet fel, nec cor.

Fellis carentia, eſt cauſa boni coloris.

Modica alteratio in membro principali, facit multam in membro principali.

Operatio manuum, eſt recipere, & retinere pedum vero, ſuſtentare, & fugere.

Quadrupedia nata, ſtatim ſe erigunt. homo vero non, propter pondus capitis.

Vigor pollicis, eſt æqualis vigori quatuor digitorum.

Virga virilis inter omnia alia membra creſcit, & diminuitur ſine ſui læſione.

Libri decimiquarti.

Corpus caſtratorum, non ſolum exterminatur ſed etiam animus, vt parum diſſerant à Fœminis.

Fœmina, non generat per ſe quia indiget principio motus, quod eſt Mas.

Homines naturaliter valde, pingues, parum generant.

Infinitum natura reſpuit.

In prima, ætate, & in ſeniori, & in infirmis, non eſt ſperma.

Mulier, eſt cõueniens generationi, ſecundum naturam menſtrui, & nõ ſpermatis.

Mas, eſt principium motus in generatione. Fœmina vero, eſt ſicut materia.

Mas eſt illud, quod poteſt generare in alio. Fœmina vero, quæ generat ab illo.

Libri decimiquinti.

Anima eſt nobilior corpore animatũm inanimato. viuũ, mortuo. & ens, non ente.

Anima, eſt forma ſubſtãtialis corporis.

Calidum, & humidum, ſunt cauſæ vitę.

Calor animalis, nõ eſt ignis, nec ignis.

Corpus animalium, eſt ex fœmina. anima vero, ex mare.

Caput, in generatione creatur poſt generationem cordis.

Embryo primo viuit vita plantæ, poſtea vita animalis, poſtea vita hominis.

Genus mulorum eſt totum ſterile.

Mula non generat, quia non poteſt cibare fœtum, quo vſque compleatur.

Natura, eſt ſicut rectificator, & rector.

Poſſibile eſt, vt mula imprægnetur, ſed raro eſt viſum.

Solus intellectus inerat nobis ab extrinſeco, & hic ſolus diuinus eſt.

Libri decimiſexti.

Auis praui cordis, eſt multi coitus, & multorum ouorum. quia cibus, tranſit in ſperma.

Arbores, quæ multum fructificant, cito deſiccantur. Quia nutrimentum, tranſit in ſemen.

Conſuetum eſt, Fœminas ſolicitas eſſe circa Filios, & non Mares.

Omne quod fit à natura, fit ſecundum ordinem.

Oua, non conueniunt conceptui, ſine ſemine maris.

Primum membrum generatum, eſt cor.

Principium generationis pulli, eſt ex albumine.

Libri decimiſeptimi.

Animalia magni corporis, vnum generant filium. parui autem, multos.

Cibus animalium, debet eſſe dulce, & valde digeſtum.

Cum ſperma vnice diffunditur, generatur vnus fœtus. cum vero diuiſe, plures.

Fœmina, naturaliter eſt contraria mari.

Fœmina, debilior eſt mare.

In hominibus, citius formantur Mares in ventre, quàm Fœminæ.

Mulier, & equa, ſuper omnes fœminas, maxime diligunt coitum.

Menſtruum Mulieris, magis accidit in diminutione lunæ.

Natura, dat ſimul operationem, & inſtrumentum.

Quod eſt modicum, cito digeritur.

Sol facit æſtatē, & hyemen omni anno.

Libri decimioctaui.

Animalia comedantia multos cibos, diuerſa ſunt in colore.

Bonitas ſenſus, eſt dupliciter, vel in remote ſentiendo, vel in diſcerendo differentias ſenſibilium.

Coitus, frigefacit.

Cerebrum, eſt frigidius toto corpore.

Digeſtio, fit ex calore.

Homo ſolus calueſcit, & in parte anteriori capitis.

Homo, habet pilos diuerſi coloris acute animalia vero alia non; ſed eiuſdem.

Non fluunt folia ab arboribus, in quibus eſt humor pinguis.

Oculus

Oculus prominens non bene videt à remotis,ſed bene profundus.

Puberes, plus delectantur in coitu,quã aliæ ætates,& quanto plus aſſueſcũt,tanto plus appetunt.

Pili decaluati, non reddunt folia vero, arboribus.& plumæ,auibus redeunt,quia caluities eorum, eſt propter mutationem temporum,quorum reditus eſt circularis.

Metaphyſicorum libri.

Libri primi.

Actus,& operationes omnes,ſunt circa ſingularia. in Prologo.

Artifex,ſapientior eſt experto.in Prolo.

Conueniens eſt quamlibet artem inuenientem vltra communes ſenſus, omnes admirari. non ſolum propter aliquam inuentorum vtilitatem,ſed tanquam ſapientem,& ab aliis differentem. in Prologo.

Deus,eſt cauſa omnibus. in Prologo.

Diuinum ens,non inuidet.in Prologo.

Experientia, artem fecit in experientia vero,caſum, in Prologo.

Ex multis experimentis, generatur ars. in Prologo.

Finis,eſt bonũ vniuſcuiuſq; rei,& opti-

mum in omni natura. in Prologo.

Hominum genus, arte & rationibus viuit.

Hi ſoli docent, qui cauſas de ſingulis dicunt. in Prologo.

Homo, dicitur liber, qui ſui ipſius, & non alterius gratia eſt. in Prologo.

Nulla ſcientia melior, & honorabilior eſt metaphyſica tum quia de Deo eſt, tum quia hanc ſolus Deus habet ideo Dea eſt ſcientiarum neceſſario. res, enim omnes aliæ ſunt ſed dignior nulla. in Prologo.

Omnes homines, natura ſcirent deſiderant. in Prologo.

Propter admirari, homines nunc, & primo cœperunt philoſophari. in Prologo.

Philomythus, eſt aliquo modo philoſophus Fabula enim ex miris conſtituitur. in Prologo.

Quæ ſunt maxime vniuerſalia, difficilia nobis ſunt ad cognoſcendum, eo quòd à ſenſu ſunt remotiſſima. in Prologo.

Qui dubitat, & admiratur, ignorare videtur. in Prologo.

Senſus viſus, multarum rerum differentia nobis oſtendit. in Prologo.

Signum

Signũ ſciens, eſt poſſe docere. in prolo

Sapientia, eſt ſcientia primarum cauſarum. in prologo.

Sapientem ordinare, & non ordinari oportet.

Sola metaphyſica, eſt ſcientia libera. in prologo.

Secundum Hermonidam, ſolus Deus hunc habet honorem, ſcilicet metaphyſicam. in prologo.

Secundum prouerbia, multa mentiuntur poetæ. in prologo.

Commentator in eundem.

Cœlum, ſemper eſt in præſenti, præterito, & futuro. com. 22

Indiuiduũ, non generatur eſſentialiter, niſi ab indiuiduo eiuſdem ſpeciei. com 32

Materia prima nullam habet formam omnino, nec vniuerſalem, nec particularem; ſed primo recipit formam vniuerſalem, & mediante illa, alias formas vſque ad indiuiduales. com. 17

Materia prima, eſt vno in numero, ſecundum quod eſt ſubiectum formarum indiuidualium, & eſt multa, ſecundum formas. com. 17

Quantitas, dicitur æquiuoce de linea, ſuperficie, & numero horum, & ſuperorum. com.46

Tres ſunt ſpecies numerorum, numerus mathematicus, qui non multiplicatur ad multiplicationẽ numeratorum. Et eſt numerus formalis, qui diuerſus eſt per numerationem entium. Et tertio, eſt numerus cuius numerus formalis eſt forma, & ſunt ſenſibilia. com.38

Libri ſecundi.

Appellari philoſophiam, ſcientiam veritatis, recte ſe habet. tex.3

Auditiones contingunt entibus, ſecundum conſuetudinem. tex.14

Abſurdum eſt, ſimul quærere ſcientia, & modum ſciendi. tex.15

Cauſa alicuius, ſemper facit qui intellectum habet. tex.9

Conſuetum, ſemper eſt notius. tex.14

Dupliciter aliquid fit ex alio. vno modo, ſicut Vir ex Puero, & ex aurora, dies. ideſt poſt vtrunque ſit aliud. Alio modo ſicut ex aere aqua. tex.7

Finis ſcientiæ ſpeculatiuæ, eſt veritas. practicæ vero, opus. tex.3

Generatio vnius eſt corruptio alterius. & contra. tex 7

Generatio, eſt medium inter eſſe, & non eſſe. tex. 7

Illud quod eſt cauſa, vt alia ſint vera, eſt veriſſimum. tex. 4

In nullo genere cauſarum, contingit ire in infinitum. tex. 5

In omni eo, quod mouetur, oportet intelligi materiam. tex 32

Impoſſibile, eſt primum ſempiternum corrumpi ſcilicet materiam primam tex 7

Non ſolum gratiam his dicere, iuſtum eſt, quorum opinionibus aliquis communicauerit. ſed etiam his, qui ſuperficialiter aliquid enunciauerunt. hi enim aliquid conferunt, habitu enim noſtro præexercitati ſunt. tex. 2

Nullus conabitur facere aliquid, non futurus ad terminum venire. tex. 8

Prius eſt cauſa eſſe eorũ, q̃ ſunt poſt. t. 6

Quicquid eſt cauſa aliorum, vt ſint talia, illud eſt maxime tale, vt puta ignis calidiſſimus eſt, quia propter eum alia ſunt calida. tex 4

Qui infinitũ ponunt, latenter naturam boni

boni auferunt. tex. 8

Quantam vim habeat, quod conſuetũ eſt leges oſtendunt, in quibus fabularia, & puerilia magis valent cogitatione de eis propter conſuetudinem. tex. 14

Sicut ſe habet oculus nycticoracis, ad lumẽ Solis, ſic ſe habet intellect⁹ noſter ad ea, q̃ ſunt manifeſtiſſima in natura. tex. 1

Sicut cõſueuim⁹, ita dignamur dici. t. 14

Tunc ſcire putamus, cum ipſas cauſas nouerimus. tex. 13

Verum neſcimus ſine cauſa. tex. 4

Vnumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad veritatem. tex. 4

Commentator in eundem.

Ars logica quædam, eſt vniuerſalis omnibus ſcientiis, & quædam eſt propria vnicuiq; ſcientiæ. com. 15

Conſuetudo in pueritia, in rebus legis eſt fortiſſimum impedimentum, ad cognoſcendum veritatem. tex. 14

Demonſtrationes mathematicæ, ſunt in primo ordine certitudinis, & naturales ſequuntur eas. com. 10

Nihil eſt ocioſum in natura. com. 1

Nos facim⁹ abſtracta, eſſe intellecta. c. 1

Nullus

Nullus poteſt per ſe inuenire ſpeculatiuas artes, vel practicas, in maiori parte, quia non complentur, niſi per iuuamen prioris ad ſequentem, & ſi prior non fuiſſet, nec ſubſequens eſſet. com.2

Principia ſe habent in ſcientia, ſicut locus ianuæ, quem nullus ignorat.

Prima cauſa, eſt magis digna in eſſe, & in veritate, quā omnia alia entia, quia oĩa acquirunt eſſe, & veritatem ab ea. com.4

Principium non intelligitur, niſi in re, quæ habet finem. Et quod habet finem, neceſſario habet & principium. com.7

Qui deſtruit finem, deſtruit omne bonum, & nihil percipit. Nihil enim dicitur eſſe bonum, niſi per cauſas finales. com.8

Cum Ariſtoteles aſſimilat intellectum, oculo nycticoracis in cognitione non innuit impoſſibilitatē, ſed difficultatē. cō.2

Scientia alicuius nō ſit, niſi quādo peruenitur ad ſpeciem poſtremam. com.11

Veritatis comprehenſio, non eſt impoſſibilis in multis rebus. com.1

Libri tertij.

Aeterna non indigent cibo. tex.15

Corruptibilium, & incorruptibilium, non

non ſunt eadem principia. tex. 15

Dubitatorum ſolummodo, eſt veritatis inquiſitio. tex. 1

Diffinitionũ principia, ſunt genera t 10

De fabuloſe ſophiſticantibus, non eſt dignum cum ſtudio intendere. tex. 15

Finis, & bonum, idem ſunt. tex 12

Ignorantis vinculum, non eſt ſoluere, ſed mentis dubitatio. tex. 1

In mathematicis, non eſt finis, neque mouens. tex. 3

Impoſſibile, eſt omnium eſſe demonſtrationem. tex. 4

Magis dicimus illum ſcire rem qui ſcit, eam affirmatiue, quàm qui ſcit eandem negatiue. tex. 3

Non contingit ponere domum, præter hanc, vel illam. tex. 12

Omnes vtuntur dignitatibus demonſtratiue. tex 4

Omnia corrumpuntur in ea, ex quibus ſunt. tex 15

Punctus, linea, & ſuperficies, poſſunt, eſſe ſine corpore, & non contra. tex. 17

Philoſophi antiqui Deos faciebãt, principia entium, & dicebãt illa eſſe immorta-

lia quæ guſtauerunt nectar & ambroſiã. illa vero mortalia, quæ nō guſtauere. te. 15

Vnum numero, & ſingulare, idem ſunt & nihil differunt. tex. 14

Commentator in eundem.

Differentiæ licet non poſſunt numerari à nobis, non tamen dubitamus, eas eſſe finitas apud naturam. com. 2

Finis, eſt melior omnibus cauſis, quia aliæ cauſæ ſunt propter illam. com. 3

Qui neſcit, quãtum quærit. neſcit, quando inuenerit eum. com. 1

Species vltima, eſt prior omnibus ſuperioribus, quàm cum indiuiſibilitatẽ. cõ. 2

Species, eſt perfectio generis. com. 2

Vnum numero, eſt ſynonymum cum particulari. com. 14

Libri quarti.

Accidens, non eſt accidens, niſi in quantum ambo accidunt tertio. com. 14

Aliquid eſt, qđ ſemp mouet. q̃ mouent & ipſum primũ mouẽs eſt, & ĩmobile. t. 29

Circa idem genus verſantur, Dialecticus, metaphyſicus, & ſophiſta. tex. 5

Demonſtrationis principium, non eſt demonſtratio. tex. 36

Ens

Ens dicitur multipliciter, non æquiuoce, ſed analogice. tex.2

Ens, & vnũ idem, vna natura, & conuertuntur, & ſe cõſequuntur ſicut principiũ, & cauſa ſed nõ vt vna ratione oſtenſa. te 3

Eiuſdem ſcientiæ eſt, oppoſita conſiderare. tex.4

Idem eſt homo. & vnus homo, quia non ſeparant vt in generatione, vel corruptione. tex.5

Ruditas, eſt non cognoſcere, quorum oportet quærere demonſtrationem, & quorum non oportet. tex.9

Negatio differt à priuatione quia negatio, eſt remotio alicuius ſimpliciter, priuatio vero, negatio alicuius in ſubiecto apto nato. tex.4

Non omne qnod apparet, verum eſt. tex. 24

Neceſſarium non contingit aliter ſe habere. tex.25

Neceſſe, eſt alteram partem contradictionis eſſe veram. tex.29

Oẽ mouẽs, natura eſt prius moto. te. 25

Philoſophia prima, conſiderat ens, inquantum ens, & principia, & paſſiones

entis

entis inquam ens. tex. 1

Primum principium in aliqua ſcientia, debet eſſe firmiſſimū in illa. & notiſſimū, & non poteſt mentiri circa ipſum. tex. 8

Prima dignitas eſt, de quolibet dicere alterum contradictorium, & de nullo horum, ambo ſimul. tex. 9

Qui negat loquelam, petit loquelam. tex. 10

Qui vnum non intelligit, nihil intelligit. tex. 10

Quod non ſignificat vnum, nihil ſignificat. tex. 10

Subſtantia, eſt primum ens, ex quo omnia alia dependent. tex. 2

Sicut numeri, inquātum numeri ſunt, paſſiones. ita entis, inquantum ens. tex. 5

Tot ſunt ſpecies vnius, quot & entis. t. 3

Commentator in eundem.

Auicenna miſcuit ſcientiam ſuam diuina cum lege. com. 3

Attributio accidentis ſubſtantiæ, eſt eſſentialis. attributio vero accidentis accidenti, non eſt eſſentialis. com. 14

Ens non eſt vniuocum, nec æquiuocum ſed eſt medium inter illa.. com. 2

Exercitum,

Exercitum, dicitur ſanum eo, quòd conſeruat ſanitatem. com. 2

Hoc nomen vnū ſignificat ex eo negationē, & eſt priuatio diuiſibilitatis. com. 3

Logicus ſcit illud, q̄d ſcit Philoſophus, ſed vnus eorū ſcit demonſtratiue, & alius probabiliter. Sophiſta autem, nullam habet ſcientiam, ſed tantum facit ſe exiſtimare ſcientem, & non eſt. com. 5

Omnes homines non decipiuntur, niſi in eo, quod neſciunt, aut in eo cuius cognitio non eſt valde manifeſta. com. 8

Primum ens conſideratum in metaphyſica, eſt illud, quod eſt prius eſſe nobilitate & charitate. com 7

Qui negauerit primum principium, impoſſibile eſt eum philoſophari. com. 9

Res non eſt vna, per rem additam ſuæ eſſentiæ, ſed eſt vna per ſuum eſſe, per q̄ eſt ens. com. 3

Sophiſta intendit, ſe videri Philoſophū, vt acquirat gloriam, aut aliquid gratiarū humanarum. Philoſophus autem, tantum ſcire verum. com. 3

Syllogiſmus, eſt vnum entium, de quibus conſiderat Philoſophus. com. 3

Senſibile,

Senſibile, non eſt relatiuum, niſi ad ſenſum. & ſi ſenſus non fuerit, non erunt ſenſibilia. com. 25

Terminus, eſt ſolum illius, quod eſt in actu. com. 15

Libri quinti.

Aqua, eſt materia omnium liquefactibilium. tex. 5

Cauſa, & effectus, ſimul ſunt, & non ſunt. tex. 3

Cōtinuū eſt cui⁹ mot⁹ eſt munus. tex. 8

Dæmonia, ſunt ſubſtantiæ. tex. 15

Eadem numero ſunt. quorum materia eſt vna & eadem ſpeciem, quorum ratio eſt vna. tex. 13

Elementum, eſt ex quo componitur primum, in exiſtente indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem. tex. 4

Ens per ſe, dicitur dupliciter. vno modo, quod diuiditur in decem prædicamenta alio modo, quod ſignificat veritatem vnius cuiuſq; rei, vel propoſitionis. tex. 14

Ens per accidens, dicitur tripliciter vno modo quādo accidēs prædicatur de ſubiecto, vt homo eſt albus alio modo, quando ſubiectū de accidēte, vt albū eſt homo ter-

tio modo, quando accidens prędicatur de accidente, vt album eſt muſicum. tex. 13

Finis eſt, optimum rei. tex. 3

Mors, metaphorice dicitur finis. tex. 21

Prius eſt, quod primo principio eſt propinquius. tex. 16

Prius eſt accidens, quàm ipſum totum, vt muſicũ prius eſt, quàm homo muſicus, & hoc ſecundum rationem. tex. 16

Perfectum eſt, cui nihil deeſt, & eſt duplex, ſcilicet ſimpliciter extra quod nihil eſt & perfectum in genere. tex. 21

Punctus, eſt vnitas, poſitionem habens. tex. 12

Quod habet differentiam, habet etiam genus. Sed quod habet genus, non habet differentiam omnino. tex. 4

Quatuor ſunt cauſæ, materia, forma, efficiens, & finis. tex. 2

Quantum eſt, quod eſt diuiſibile in partes, quæ in ſunt, quarum vnaquæque eſt hoc aliquid. tex. 18

Totum quid ſubſtantiale, ſecundum generationem eſt prius partibus. Et partes, ſunt priores toto, ſecundum corruptionem. tex. 16

Vnum in ſubſtãtia, facit idem in quantitate, & æquale in qualitate vero, ſimile. tex. 20

Vnum, eſt principium numeri, & metrum. tex. 20

Commentator in eundem.

Aqua, eſt materia remota plumbi, cupri & ferri. com. 29

Agens malum ſponte, eſt peius agente malum per vim. com 34.

Accidens, primo ſignificat formam, & ſecundum ſubiectum. com. 14

Diuerſitas opinionum, eſt cauſa litis. com. 1

Diffinitio eſt, finis cum cognitione, & eſt finis in eſſe. com 22

Fallitas eſt propria imaginatione, ſed ſenſui non competit, niſi per accidens. com. 24

Homo non ciuilis, neque dicitur bonus, neque malus. com. 27

Habere dignus dicitur, de reſpectu continentis ad contentum, & contra. com. 28

Homines, màgis denominantur à primo patre, quàm à prima Matre. com 33

In ſuperficie, primo, & per ſe exiſtit co-

lor in corpore vero, ſecundario. com.23

Lapis quieſcens, priuatur motu violento ad inferius. com.27

Quæ alteruter ad inuicem, habent eandem materiã & quæ alterantur ad idem habent illud idem pro materia. com.32

Libri ſexti.

Accidens, videtur eſſe propinquum nõ enti. tex.4

Bonum, & malum, ſunt in rebus. verum & falſum, in anima. tex.7

De ente per accidens, non eſt ſpeculatio. tex.4

Entium quędam ſunt ſemper, quędam frequenter. & quędã, raro & hę ſunt entia per accidens, & caſualia, & fortuita. tex.5

Mathematica, cõſiderat res coniunctas, ſecundum eſſe, & ſeparatas, ſecundum rationem à materia metaphyſica, abſtractas, vtroque modo phyſica vero, coniunctas, vtroq; modo. tex.2

Naturalis ſcientia, non eſt practica, ſed ſpeculatiua. tex.1

Omnis ſcientia, vel eſt actiua, vel factitia, vel theorica. tex.1

Rationes ſophiſticæ, ſunt circa accidens.

dens. tex.4

Subſtantia,& eſſe rei, non poteſt cognoſci per demonſtrationem. tex 1

Simum, eſt naſus concauus. tex.2

Si omnis ſubſtantiam, eſt mobilis phyſica, eſt philoſophia prima ſed ſi aliqua eſt immobilis, metaphyſica eſt prima philoſophia. tex.3

Commentator in eundem.

Coquus, facit ferculum delectabile. Medicus vero, vtile. com.5

Corruptio, fit de neceſſitate materiæ. generatio vero, non. com.7

Diuina ſunt, in quorum diffinitione accipitur Deus. com.2

Illud quod eſt accidens, ſcitur quando accidit,& non permanenter. com.6

Licet omnes ſcientiæ nobiles ſunt, tamen diuina eſt nobilior, quia eius ſubiectum eſt nobilius. com.8

Naturalia, ſunt in quorum diffinitione accipitur materia. com.2

Phyſica, eſt prior metaphyſica, quo ad ordinem addiſcendi. com.3

Res exiſtetes eſſentialiter ſunt illæ, quæ habent aliquam ſpeciem in quarum diui-

duis exiſtet generatio & corruptio. com 4

Scientia, non eſt permanens in ſcito, niſi per cauſam. com.6

Voluntaria ſunt in quorum diffinitione accipitur voluntas. com.2

Libri ſeptimi.

Accidentia, non ſunt entia, niſi quia ſunt entis. tex.2

Actus ſeparat, & diſtinguit. tex.49

Concauitas, & ſimitas, ſunt in naſo ſecundum ſe, & non ſecundum accidens. tex. 17

Diſciplina, fit ꝑ magis nota nobis. t.10

Diffinitio, eſt oratio indicans, quid eſt eſſe rei per eſſentialia. tex.19

Diffinitio accidentium, datur per additamenta. tex.19

Diffinitio, ſimpliciter eſt ipſius ſubſtantiæ, ſecundum quid autem, ipſius accidentis. tex.16

Diffinitio, eſt ſermo habẽs partes. cõ.33

Ex duobus entibus in actu non fit tertium. tex.49

Elementum eſt, in quod diuiditur non exiſtens, vt in materiam. tex.69

Generans, & generatum, ſunt vniuoca

& conueniunt in ſpecie. tex 30

In entibus per ſe, idem eſt, quidditas, & habens quidditatem. tex.20

Illa quę ſunt cognita apud nos, in reſpectu eorũ, quæ ſunt cognita apud naturam, ſunt paruę, & paucę cognitionis. t.10

Materia de ſe, non eſt quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid eorum quibus ens eſt determinatum. tex.8

Materia eſt, qua res poteſt eſſe, vel non eſſe. tex.12

Materia, ſecundum ſe eſt ignota, tex 35

Manus, nõ ſemper eſt pars hominis, niſi quãdo poteſt opus manus perficere te.38

Materia non fit, nec forma, ſed totum compoſitum. tex.17

Natura humana non eſt, niſi in his carnibus, & in his oſſibus. tex.37

Nihil generatnr, niſi ſubſtantia. tex.22

Nihil aliud oportet eſſe in diffinitione, quàm genus, & differentia. tex.44

Omne accidens concretum, duo ſignificat, formam, ſcilicet accidentalem, & ſubiectum eius. tex.21

Omnia quę fiunt, fiunt à natura, vel ab arte, vel à caſu. tex.22

Quantitas, non eſt ſubſtantia. tex. 18

Subſtantia eſt prior accidente, diffinitione, cognitione, & tempore. tex. 3

Subſtantia, dicitur quatuor modis primo, de qualitate rei, ſecundo, de vniuerſali prædicabili in quid tertio, de gente propinquo quarto, de indiuiduo ſubſtãtiæ. tex. 7

Singularium, non eſt ſcientia, neq; diffinitio quia in eis eſt aliquid, quo poſſunt eſſe, & non eſſe. tex. 53

Sperma facit ad generationem ſicut ars ad artificialia. tex. 31

Vtile eſt quod pluribus natum eſt in eſſe. tex. 45

Vniuerſalia, non ſunt ſeparata à ſingularibus, ſecundum eſſe. tex. 57

Commentator in eundem.

Actio materiæ, eſt eius trãſmutatio. c. 9

Accidens vt eſt in ſubiecto, non idem eſt in ſubiecto, ſed vt paſſio eius, eſt ſibi idem. com. 21

Cauſa multiplicationis in diuiduorum, ab vno generante eſt multiplicatio materierũ, in partes, in quas agens agit. cõ. 28

Concauitas. non eſt paſſio exiſtens in naſo per accidens, ſed per ſe. com. 17

Formæ,

Formæ, conueniunt cum accidentibus in hoc, quod vtraq; ſeparantur à materia ipſa remanente. & propter hoc, plures putarunt formas eſſe accidentia. com 8

Forma, non eſt elementum, neque ex elementis ſed eſt ſubſtantia, elementis addita. com 60

Indiuiduum ſubſtantiæ, eſt prius indiuiduo accidentis. com.2

Illa ex quibus peruenitur in cognitionem eſſentiæ rerum, ignoratæ ſunt actiones earum propriæ. com.9

Impoſſibile eſt, quòd formæ ſeparatæ tranſmutent materiam. com.28

Logicus, cōſiderat diffinitionē, in quantum eſt inſtrumentū, ducens intellectum ad intelligere, quidditates rerum Philoſophus vero, vt ſignificat naturas earū. cō.42

Materia, eſt ſubſtantia, ſecundum quod ſubſtat formæ. Et forma, eſt ſubſtantia, ſecundum quod conſtituit compoſitum, eſt ſubſtantia ſecundum quam componitur ex eis. com.7

Materia, nō eſt pars quidditatis, ſed eſt vehiculum deferens quidditatem. com 34

Materia, non cognoſcitur per ſe, ſed per formam.

formam. com.35

Mulus, generatur à natura ſibi ſimili & eſt natura cōmunis equo, & aſino. com.28

Naturalis, cōſiderat materiā, inquantū eſt principiū trāſmutationis. Philoſophus vero, vt eſt ſubſtantia in potentia. com.9

Nulla ſpecies, inuenit, fieri à caſu. cō.22

Nihil tranſmutat materiam, niſi ſit in materia. com.28

Non eſt inconueniēs, quod aliquid exiſtens in prædicamento qualitatis, accipiatur in diffinitione eius, quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ. com.41

Naſus ſimus, eſt vnū eſſentialiter. cō.12

Omnes antiqui, conueniunt in materia ſecundum genus tantum, & non ſimpliciter. com.9

Omne generatum, generatione nō ceſſabili generantur à ſuo ſimili. com.28

Propoſitiones dialecticæ, ſunt entis ſimpliciter. com.2

Prædicabilia primi modi, ſunt tria genus, differentia, & diffinitio quæ componitur ex eis. com.11

Proprium eſt ſubſtantiæ inter omnia prædicamenta, vt ante ſubſtantiam generatam

ratam ſit alia ſubſtantia agens, ſibi ſimilis. Sed non eſt neceſſe, vt ante qualitatem ſit alia qualitas agens: ſed eſt aliud ante qualitatem, quod eſt potentia quale, ſcilicet materia. com. 32

Qui dicit accidētia habere diffinitiones, dicit ea habere magis, quàm habēt. cō. 15

Qui neſcit rem, nullum nomen imponit ei. com. 54

Subſtantia indiuidua, & demonſtrata, non eſt vna, niſi per formam. com. 5

Scire indiuiduū ſubſtantiæ per ſua vniuerſalia, eſt perfectus, quàm ſcire eum per vniuerſalia accidentium. com. 4

Si aliqua forma, aut aliqua priuatio eſſet eſſentialiter in materia, ipſa non reciperet omnes formas. com. 8

Singularia non ſciuntur, niſi dum ſunt in ſenſu. com. 53

Simitas, eſt in naſo de accidentibus eſſentialibus. com. 16

Totum, eſt prius parte, prius eſſe formę ad materiam. Et pars, eſt prior toto, prius eſſe materiæ ad formam. com. 35

Libri octaui.

Forma ſerenitatis, eſt quies. tex. 6

Formæ,

Formę, & diffinitiones, ſunt ſicut nume ri. Quia ſicut in numero addita, vel abla ta vnitate non manet eadem ſpecies nu meri ſed alia, & alia ſic ablato, vel addito aliquo in diffinitione ſpeciei, & formæ re rũ, nõ manet eadẽ res, ſed variatur. tex. 10

Formæ quædam, non habent materiã. vel ſi habent, non habent talem, qualem habent generabilia, & corruptibilia ſed ſo lum mobilem ſecundum locum. tex. 12

Materia phlegmatis, eſt cibus vnctio nis plenus, & dulcis cholerę vero, amarus, & acutus. tex. 11

Non omnium eſt materia, ſed quorum eſt generatio, & tranſmutatio adinuicem. quia quęcunq; tranſmutari non poſſunt, non habent materiam. tex. 14

Omnes ſubſtantiæ ſenſibiles, habent materiam. tex. 3

Prandium, differt à cœna, ſecundum di uerſitatem temporis tantum. tex. 5

Quæcunq; tranſmutantur adinuicem, ad materiam oportet redire. tex. 14

Si agens fuerit diuerſum, & materia di uerſa, etiam compoſitum erit diuerſum. tex. 12

Commentator in eundem.

Actio formæ ignis, qui ſequitur ipſam formam, eſt calor maximus, & motus eius ad ſuperius. com. 5

Archita Tarentinus, fuit homo, qui ſciuit extrahere diffin tiones compoſitas ex materijs, & formis. com. 6

Cum aufertur riſibilitas, aufertur homo ſed non primo, ſed mediante ablatione rationalitatis. com 5

Calor, in igne eſt ſicut abſciſſio, in cultello.

Cum materia fuerit vna & motor fuerit vnus, neceſſario generatũ erit vnũ. ſicut ſi materia fuerit diuerſa, & ipſa motor diuerſus, generata erunt diuerſa. Quando autẽ materia fuerit vna, generata poſſunt eſſe diuerſa propter diuerſitatẽ mouentiũ, & hoc ſolũ inuenitur in artificialibus. c 11

Corpora cœleſtia, non habent materiam, quæ ſit in potentia ad corruptionẽ; ſed materia eorũ, eſt ens actu, ſcilicet corpus, & ideo dignius habet hoc nomen, ſubiectum, quàm materia. com. 12

Corpora cœleſtia, ſunt animata ꝑ ſe, & viua, & non per animã neq; per vitã. cõ. 12

Diffinitio, componitur ex materia, & forma. com.6

Diffinitio perfecta eſt illa, quæ conſtat ex omnibus partibus, ex quibus conſtat compoſitum. com.6

Diffinitum, eſt ens in actu per vltimam differentiam, & aliæ differentiæ quæ ſunt, ante ſunt, quaſi materia. com.6

Eſſe materiæ, eſt eſſe medium inter eſſe in actu, & non eſſe. com.4

Exitus alicuius de potentia ad actum, non largitur ei multitudinem, ſed perfe- ctionem. com.15

Elementa, ſunt æterna, ſecundum totum generabilia autem, & corruptibilia, ſecundum partem. com.12

Forma ſeparatur à materia ſecundum diffinitionem, ſed nō ſecundū eſſe. com 3

Forma eſt illud, propter quod eſt generatio, & non materia. com 6

In diffinitionibus eorum, quæ ſunt in ſubiecto, eſt materia, quaſi differentia, & forma, quaſi genus. In diffinitionibus vero eorum, quæ ſunt per ſe genus eſt, quaſi materia, & differentia, quaſi forma. com.6

In entibus naturalibus, quęlibet forma habet

habet materiam propriam. com.11

Non eſt neceſſe, quòd omne habẽs materiam localem, habeant materiam generabilem, & corruptibilem. com 4

Omne viuens per vitam, eſt generabile,& corruptibile. com.12

Sicut tranſmutatio in ſubſtantia, fecit nos ſcire, materiã primam eſſe. ita tranſmutatio localis,fecit nos ſcire,corpora cęleſtia habere potentias ad vbi. com.12

Viæ vna pars,eſt locus,& alia, eſt diſpoſitio in loco, per quem ictio eſt poſſibilis in ea ad finem intentum. com 6

Libri noni.

Actus ſimpliciter præcedit potentiam, ſed in indiuiduo potentia pręcedit actum. tex. 13

Animalia vident,nõ vt viſum habeant. ſed viſum habet videant. tex.15

Actus, melior eſt potentia in bonis, in malis vero potẽtia,eſt melior actus.tex 19

Circa entia vere in actu, non fit deceptio,ſed ignorantia, non tamen talis,qualis eſt cæcitas. tex.22

Duplex eſt potentia, actiua, & paſſiua, actiua,eſt principium tranſmutandi aliud

inquan·

inquantum aliud. paſſiua vero, principium tranſmutandi ab alio, inquantum aliud tex. 2

Falſum, & impoſſibile, non ſunt idem. tex. 8

In ſempiternis nulla eſt potentia. tex. 17

In æternis, non eſt corruptio, nec malum, nec peccatum. tex. 19

Materia, cuius eſſe eſt in potentia, eſt cauſa fatigationis. tex. 17

Malum, ſemper ſequitur potentiam. tex. 19

Non eſt timendum, quòd cœlum ſtet. tex. 17

Potentia rationalis, valet ad oppoſita, irrationalis vero, non. tex. 2

Priuatio, violentia, eſt, quando aliquid caret illo quod innatum eſt habere. tex. 3

Commentator in eundem.

Anima, nō proprie diſponitur per ſcientiam, niſi quando fuerit ſciens in actu, & maxime, quando fuerit in ſua vltima perfectione, ſcilicet quando vtitur ſcientia. com. 16

Forma, ſecundū quod forma, non patitur à primo tranſmutāte eſſentialiter c. 2

Fortuna,

Fortuna,eſt qualitas vitę nobilis.cō.19

Nihil agit in ſeipſum. com.2

Nihil agit actionem, ad quam non habet potentiam. com.7

Nihil habet potentiam ad corruptionē quin corrumpatur. com.9

Omne quod patitur, aut patiur ad peius aut ad corruptionem. com.2

Qui negant potentiam,negant oēs motus generationē,& corruptionem. com.6

Quando ſenſatū recedit à ſeuſu, ſtatim certitudo ſui eſſe mutatur in æſtimationē abſq; eo,qđ in nobis accidat error. cō.22

Verum contrarium,eſt priuatio.com 5

Libri decimi.

Accidēs,cōtingit eſſe,& non eſſe.tex.27

Contraria ſunt, quæ poſita ſub eodem genere maxime diſtant, & eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt. tex.14

Contrarietas ſecundum formam, facit diuerſitatem ſpecificam. Contrarietas vero, ſecundum materiam, facit diuerſitatem naturalem. tex.25

Corruptibile,& incorruptibile, differūt pluſquam genere. tex.26

Fœmina,& Vir,non differūt ſpecie, ſed

ſunt idem. tex.25

In vnoquoq; genere eſt vnum primum, quod eſt initium, & menſura omnium, quæ ſunt illo genere. tex.7

Menſura, conuenit quantitati, & per ipſam conuenit alijs. tex.2

Menſura, debet eſſe homogenea menſurato. tex 4

Media, sũt ĩ eodẽ gñe cũ extremis. te.22

Materia negatione oſtenditur. tex.23

Maſculinum, & fœmininum, ſunt differentia ſexus animalis. tex.25

Numerus, eſt vnitatum pluralitas tex.4

Numerus, eſt multitudo vno menſurabilis. tex.21

Priuatio, & habitus, radix ſunt contrariorum. tex.15

Vnum vni tantum eſt contrariũ. te.17

Commentator in eundem.

Homo eremita, nec eſt bonus, nec malus, ſed eſt medius. com.16

Indiuiduum artificiale, eſt vnum per violentiam naturale vero, eſt vnum per formam ſuam. com.1

Menſurare per minorem menſuram, ſemper eſt certius. com.3

Mēſura cuiuſlibet rei, eſt ſui generis. c.4

Primum in genere ſubſtantiæ, eſt primus motor æternus, & abſolútus ab omni materia. com.7

Libri duodecimi.

Aſtrorum natura, eſt quædā ſubſtantia ſempiterna, & mouens ſempiternū. tex.43

Aliquo modo coordinata ſunt omnia, ſed non ſimpliciter & naturalia, & volatilia, & plantæ. tex.52

Deus, eſt animal ſempiternum, optimum. tex.39

Diuiniſſimum, & honorabiliſſimū intelligit, & non tranſmutatur. tex.51

Indiuiſibile omne, quod non habet materiam. tex.5

Motus, nō eſt cōtinuus, niſi qui ſecūdū locum eſt huius, qui circulariter. tex.29

Materia, quæ vna eſt, nulli eſt contraria. tex.54

Nulla mathematicarum ſcientiarū, de ſubſtantia ſenſibili cōſiderat, præter aſtrologiam. tex.44

Ordo, eſt propter ducem dux autem, non eſt propter ordinem. tex.52

Tranſmutationes ſunt quatuor, ſecun-

dum quid,quantum,quale,& vbi. tex.7

Commentator in eundem.

Agens,proprie facit paſſionem mouens vero non. com.23

Aſtrologia huius temporis, nihil eſt in eſſe, ſed eſt conueniens computationi non eſſe. com.45

Admiſta,primo ſe tangunt, deinde admiſcentur. com.14

Cauſa,dicit̃ de omnibus quatuor. principium autem, de extrinſecis.elementum vero, de intrinſecis. com.23

Deſiderium, eſt propter æſtimationem eius,quod eſt aliquid eſſe bonũ. com.36

Deſideriũ præcedẽs comprehenſionem rei,magis dicit̃ dolor,quã voluptas.cõ.39

Formæ,non ſunt ſenſibiles, ſed intelligibiles. com.14

Generatum in actu, corruptum eſt in potentia. com.18

Impoſſibile eſt, quod duo motus contrarij ſint ſuper eundem polum. com.47

Ignis,animalia corrumpit,& non generat. com.18

Ignorare vilia,eſt meli⁹ q̃ ſcire ea.cõ.51

Nullus ante Ariſtotelem ſciuit materia

in rei

in rei veritatē, ſed præcedentes eum inſpiciebant à longe. com 6

Natura, nihil agit ſuperflue. com.45

Oē agens, eſt mouēs, & nō cōtra.cō.23

Omni generabile, & corruptibile reciprocatur infinities. com.50

Quod natura poteſt facere vno inſtrumento, non facit duobus. com.45

Scientia Dei, cauſat res. ſed noſtra, cauſatur à rebus. com.51

Vniuerſalia apud Ariſtotelē. ſunt collecta à particularibus in intellectu, qui colligit, & accipit inter ea conſimilitudinem, & facit ea vnam intentionem. com.4

Veſpæ, fiunt ex corporibus equorum mortuorum. & apes, ex corporibus vaccarum mortuarum. ranæ vero, ex putrefactione aquæ. com.18

Verum delectans eſt illud, quod per ſe delectatur, & illud eſt intellectus. com.39

Libri decimitertij.

Priora compoſitis, ſunt incompoſita.

Sine vniuerſali, nō eſt accipere ſcientiā.

Socrates, non poſuit vniuerſalia ſeparata à ſingularibus.

Vniuerſale, non eſt ſubſtantia.

Auerrois, de ſubſtantia orbis.

Anima cœli, non coniungitur cœlo ſecundum eſſe ſeu ſecundum operationem, & modum.

Corpus cœleſte, eſt ſimplex, non compoſitum ex natura & forma.

Corpus cœleſte, non indiget forma, vt moueat tantum localiter, ſed etiam ea indiget, vt ſibi det permanentiam æternam.

Cœlum, eſt finitum. & determinatum à ſuperficie continente ipſum.

Corpora cœleſtia calefaciunt, non inquantum calida, ſed inquantum ſunt velocis motus, & luminoſa.

Diuiſio, non competit materiæ, niſi cum habet quantitatem.

Dimenſiones interminatæ, præcedunt formam in materia terminatæ, vero ſequuntur eam.

Formæ naturales, diuiduntur diuiſione materiæ.

Forma cœli, nō eſt neceſſaria ī eſſe cœli.

Homo, eſt intelligens per partem, quæ eſt in ipſo.

Illud quod mouetur ex ſe, eſt compoſitum ex duabus naturis, ſcilicet ex recipiente, &

te,& agente motum.

Impoſſibile eſt vnum ſubiectum habere, niſi vnam formam.

Impoſſibile eſt, formam eſſe ſine materia,& contra.

In cœleſtibus idem eſſe, eſt efficiens motum,& finis motus.

Impoſſibile eſt, vt illud quod de ſe, eſt corruptibile, recipiat æternitatem ab alio.

Illud quod eſt in actu, non recipit aliquid quod ſit in actu.

Illud quod in mouendo mouetur, impoſſibile eſt, vt ſit principiũ motus æterni.

In corpore cœleſti, nulla eſt potentia niſi tantum quæ eſt in loco.

Materia, ſubſtantia fit per poſſe.

Materia, non recipit ſimiliter diuerſas formas, niſi quia primo recipit dimenſiones interminatas.

Materia cœli, eſt aliquid exiſtẽs in actu, & non potentia & ideo dignius dicitur ſubiectum, quàm materia.

Omnis virtus, in materia eſt finitæ motionis.

Omne compoſitum ex materia, & forma, eſt finitæ repletionis neceſſario.

Pati; eſt contrarium ipſi actui.

Tranſmutatio, arguit materiam. operatio vero, formam.

Libri primi.

Bona animæ, ſunt maxime bona. ca. 10

Conſcij propriæ ignorantiæ, admirantur homines ſcientes. cap. 1

Felix, non differt à miſero, per dimidium vitæ. cap. 18

In infortunijs, virtus relucit. cap. 2

Omnia, bonum appetunt. cap. 1

Principia, maxime valent ad ſequentia. cap. 10

Principiũ, eſt pluſquã dimidiũ. cap. 10

Vnuſquiſque bene iudicat, quæ cognoſcit. cap. 3

Vnicuiq;, id eſt delectabile, qđ amat. c. 11

Commentator in eundem.

Ars gubernandi ciuitates, principatum tenent in omnibus artibus. cap. 1

Additamenta artium fiunt cum temporis longitudine. cap. 10

Cognito fine, determinantur actiones, quæ ducunt ad ipſum, & quæ remoueant ab ipſo. cap. 1

Comparatio cordis, ad animal eſt ſicut compa-

comparatio fundamenti, ad parietē.cap.7

Felix, eget ſuffragio exteriorum.cap.12

Infirmans ponit ſanitatem, eſſe felicitatem pauper factus vero,diuitias. cap.4

Occultum eſt nobis, quid futurum ſit de rebus. cap.4

Quum puer nominatur felix, nominatur propter ſpē futuræ felicitatis. cap.14

Vulgares,propinqui ſunt ſeruis. cap.6

Libri ſecundi.

Circa voluptates, & triſtitias eſt moralis virtus. cap.3

Circa difficilia,ars fit ſemꝑ,& virtus.c.3

Fortitudo,corrūpitur à ſuperabundantia,& defectu à medio vero,ſaluatur. ca.2

In obſcuris, oportet vti apertis teſtimonijs. cap.3

Medicinæ, fiunt per contraria. cap.3

Malū,eſt facile bonū vero,difficile. ca.5

Non parum differt,à iuuentute ſic, vel ſic aſſuefieri,immo multum. cap.2

Non vt ſciamus,quid ſit virtus,perſcrutamur,ſed vt boni efficiamur. cap.2

Operationes,ſunt circa ſingularia. ca.7

Propter voluptatem,mala operamur,& propter triſtitiam,à bonis recedimus.ca.3

Paſſio,

Paſſio, non eſt virtus, nec vitium quia ſecundum eam nec laudamur, nec vitupe ramur. cap. 5

Tria ſunt in anima, paſſiones, potentiæ, & habitus. cap. 3

Virtus, eſt habitus, qui habentem perficit. & opus eius, reddit bonum. cap. 5

Virtus, certior eſt, melior oĩ arte. cap. 9

Commentator in eundem.

Bonus, fit bonus ſecundũ vnum modũ. malus vero, multis modis fit malus. cap. 5

Cocoplex dicit̃ ille, qui de qualibet re uerecundat̃ effrons vero, q̃ de nulla. ca 7

Delectatio, eſt communis omnibus animalibus. cap. 3

Difficile eſt nobis iudicare, illud eſſe nõ rectũ, in quo delectamur naturaliter. ca. 9

Hemeſicus dicitur ille, qui triſtatur propter bonum quod recipiunt indigni, vel immerit. cap. 7

Refrænationes, ſunt medicinæ voluptatum. cap. 3

Virtus, eſt mors concupiſcentiarum, & quies earũ, ſecuudum quod oportet. ca. 3

Virtus, difficilior eſt circa delectationem, quam circa iram. cap. 3

Libri

Libri tertij.

Bonus,ſingula cũ ratione inducit. ca 7

Conſilium, non eſt de fine ſed de his, quæ ſunt ad finem.

Canes, nõ gaudent lepore odorum ſed cibatione. cap. 12

Homo, eſt principium ſuarum operationum. cap. 6

In re frequẽti,cognoſcunt habitus. c. 14

In naturalibus concupiſcentijs, pauci peccant. cap. 13

Nullus eſt bonus,nec beatus volens. c. 7

Operationum noſtrarum nos ſumus Domini à principio vſque ad finem. cap. 8

Primum in generatione, eſt vltimum in reſolutione. cap. 6

Terribiliſſimum omniũ,eſt mors. cap. 9

Triſtitia,corrũpit naturã habentis. c. 15

Violentium eſt, cuius principium eſt extra,non conferente vim paſſo. cap. 1

Commentator in eundem.

Amatores, audacter aggrediuntur terribilia,cauſa concupiſcentiæ. cap. 1

Fortis, non timet. cap. 9

Ira promouet actionem fortis. cap. 10

Multi ignorãt res, quas faciunt,an ſint

bonæ,

bonæ, vel malæ. cap. 2

Nullum animalium, præter hominem agit aliquid ſponte. cap. 4

Opinio diuiditur in verum, & falſum electio vero in bonum, & malum. cap. 5

Pueri viuunt ꝑ deſideriū proprie. ca. 15

Qui agit aliquid coacte, & non ſponte, triſtatur cum ipſo. cap. 11

Res timoris, plenæ cogunt eum, cui accidunt, ad actiones turpes. cap. 5

Turpia tolerare non propter aliquod decorum factum, eſt hominis vilis. cap. 2

Libri quarti.

Honor, eſt præmium virtutum. cap. 9

Iraſci, in quibus non oportet & non iraſci, in quibus oportet, inſipientis eſt.

Lactator, vituperabilior eſt mēdace. c. 14

Laus, & gratiarum actio, debetur danti, & non accipienti. cap. 1

Maior virtus, eſt bona operari, quàm turpia non operari. cap. 1

Malum, ſeipſum deſtruit & ſi integrum eſt, non ferendum erit. cap. 11

Oē mendaciū prauū, eſt fugiendū. ca. 14

Pulchritudo, ſp ī magno corpe exiſtit. Vnde parui, formoſi poſſunt dici non pulchri.

pulchri. cap 6

Prauus, honore non eſt dignus. cap.6

Qualis vnuſquiſq; eſt, taliter viuit. c.14

Requies, & ludus, in vita videntur eſſe neceſſaria. cap.15

Solus bonus, honorandus eſt ſecundum virtutem. cap.9

Suſtinere iniuriantem, & famillares deſpicere, ſimile eſt. cap.12

Virtuti perfectę, non fit condignus honor. cap.9

Verecūdia, eſt timor nō gloriatiōis. c.26

Verecundiam, in iuuene laudamus. in Sene vero, vituperamus. cap.16

Commentator in eundem.

Ad iraſcibilem feſtinat ira. cap.12

Bachilen dicitur ille, qui deficit à datione. Sed non concupiſcit opes alienas, nec vult accipere quicquam ab aliquo. cap.4

Cui nihil reſtauratur, habita finiuntur velociter. cap.1

Dare habita grauius eſt, quàm dimittere acceptionē eius, quod nō habetur. ca.1

Difficile eſt largum, fieri diuitem. cap.2

Digniſſimum eſt homini, vt non faciat, vnde ſit verecundandum. cap.16

Manſuetus

Manſuetus non eſt amans vindiſtam, ſed ignoſcens. cap. 12
Satisfactio, quietat iram. cap. 11
Verecundia nō fit, niſi pp mala. cap. 16

Libri quinti.

Iuſtitia, non eſt ad ſeipſum. cap. 10
Minus malū ſemper eſt eligendū. cap. 6
Nulli proprie ſibi ipſi iniuriā facit. ca. 15
Optimus eſt, qui non ſolum vtitur virtute ad ſe, ſed & alios. cap. 8
Præclariſſima virtutum, eſt iuſtitia. ca. 3
Principatus, Virum oſtendit. cap. 3
Peſſimus eſt, q vtitr malitia ī Amicos. c. 4
Quę ſimpliciter ſunt bona hominibus, pro his orant. cap. 2

Commentator in eundem.

Denarius, eſt factus tanquam fideiuſſor ſupplendi neceſſitatem futuram. cap. 8
Denarius, eſt æquans inter additinem, & diminutionem. cap. 8
Lex phibet, neq; ſeipſum occidat. ca. 15
Peius eſt, facere iniuriam, quā pati. c. 15

Libri ſexti.

Ad principia non eſt ratio. cap. 9
Conſilium debet eſſe de his, quæ poſſunt aliter ſe habere. cap. 2

Conſulta

Conſulta operari oportet velociter, conſulere autem tarde. cap.10

Deus, hoc ſolo priuatur, infecta facere. quæ facta ſunt. cap.3

Electio, non eſt de præterito, ſed de futuro, probabili. cap.3

Iuuenis, nõ põt eſſe ſapiẽs. Quia prudentia requirit experientiã, q̃ indiget tp̃e. ca.9

Iuuenes, non ſunt experti. cap.9

Impoſſibile eſt, prudentem eſſe nolentem bonum. cap.16

Intelllectus, eſt principium. cap.7

Multitudo tp̃is, facit experientiã. cap.9

Omnis doctrina eſt, ex præcognitis. c.4

Omnia ſcit operari bonus. cap.16

Sapiẽtia, eſt cognitio rerũ diuinarũ, habens caput inter oẽs alias ſcientias. cap.8

Commentator in eundem.

Homo, non verſat conſilium in ijs, quæ carent fine. cap.8

Ingenium non eſt in rebus neceſſariis, neque in his, quorum notitia cauſaliter ſe habet, ſed in his, in quibus verſatio ſit conſilij. cap.12

Prudentia, eſt apprehenſio agendorũ, & non agendorum ingenium autem eſt,

ſenten-

ſententiam ferens, & iudicans.

Libri ſeptimi.

Difficile eſt, reſiſtere cõſuetudini. ca. 14

Facilius eſt, conſuetudinem mutare, quam naturam. cap. 14

Fama, quã multi populi celebrant, non ex toto perit. cap. 14

Homines, dicuntur fieri Dij propter virtutum excellentiam. cap. 1

Irę, & cõcupiſcẽtię Venereorũ, tranſmutãt corpus, & quibuſdã inſanias faciũt. c. 5

Melancholici, naturaliter ſemper indigent medicina. cap. 14

Maior eſt delectatio in quiete, quàm in motu. cap. 14

Non oportet tantum verum dicere, ſed etiam cauſam falſi aſſignare. cap. 14

Solutio dubitationis, eſt inuentio veritatis. cap 4

Commentator in eundem.

Demonſtrationes, ſunt perfectiores, & nobiliores quando inducuntur poſt orationes dubitabiles. cap. 2

Homo, habet ampliorẽ poteſtatẽ ſuper cõcupiſcẽtias naturales quã ſuper irã. ca. 7

Malitioſus, non eſt bonus neque actu,

neque

neque potentia. cap 8

Quem non pœnitet ex proſecutione concupiſcentiarum, inſanabilis eſt. cap. 8

Verberans abſque ira, peior eſt verberante cum ira. cap. 8

Libri octaui.

Amicorũ, omnia ſunt cõmunia. cap. 6

Amicitia: eſt triplex propter bonum, vtile, delectabile & honeſtum. prima, eſt Senum, ſecunda, iuuenum. cap. 3

Diſtantia loci, non ſeparat amicitiam, ſed operationem. cap. 4

Domini ad ſeruum non eſt amicitia, ſecundum quod ſeruus, ſed ſecundum quod homo, quia vt ſeruus, eſt ei diſſimilis, vt homo autem ſimilis. cap. 8

In infortunijs, refugiũ eſt ad Amicos. c. 1

In quibus nihil eſt commune, nec etiam amicitia, nec iuſtitia. cap. 8

Lucrum, eſt auxilium indigentiæ. ca. 10

Malus rex, tyrannus dicitur. cap. 7

Matres, plus diligũt Filios q̃ Patres. ca 7

Nullus eligeret viuere ſine Amicis, habens omnia bona. cap 1

Natura, maxime appetit delectabile, & fugit triſte. cap. 4

Omnis homo, naturaliter omni homini amicus eſt. cap. 1

Peſſimum, eſt contrarium optimo. ca. 7

Pater, tria beneficia dat Filio. cauſam eſſendi, generando. cauſam nutriendi, educando, & cauſam dicendi, informando. c. 8

Proprium, & maius amicorum, eſt conuiuere. cap. 4

Praui sũt amici, ꝑ ꝑ vtile, vel delectabile. 4

Parentes, amant Filios tanquam aliquid ſui exiſtentes. Filij vero, parentes, vt ab illis aliquid exiſtentes. cap. 9

Parentes, plus amant Filios, quàm contra. cap. 9

Pr̃, põt abnegare Filio, & nõ cõtra. c. 10

Quanto maior eſt fortuna, tanto minus eſt ſecura. cap. 1

Rex, debet ſe habere ad ſubditos. ſicut paſtor, ad oues. cap. 8

Sola amicitia bonorum honeſtorum in commutabilis eſt. cap. 4

Seruus, eſt organum animatum. cap. 9

Commentator in eundem.

Amicitia, amoris eſt amatrix. cap. 4

Emolumentum, eſt fulcimentum pecuniarum. cap. 10

Fratres,

Fratres, coæquantur in omni re, præter quàm in annis. cap.7

Mali, non gaudent ad ſe inuicem, niſi ad ſit vtilitas. cap.4

Qui profitentur ſe eſſe amicos, demonſtrent ſe eſſe tales, quales profitentur. ca.4

Quando fuerit in diuerſitas multa annis, non erit illic dilectio fraterna. cap.7

Libri noni.

Amicis exiſtentibus propter bonum, vtile, & delectabile, his ceſſantibus ceſſat amicitia. cap.4

Amicus, ſe debet habere ad Amicū, ſicut ad ſe ipſum. Quia amicus, eſt alter ipſe. c.1

Beneuolentia, non eſt amicitia, eſt tamen principium amicitiæ, vnde ex diuturna beneuolentia cauſatur amicitia. cap.6

Benefactores, plus amant beneficio affectos quàm contra. cap.18

Felix, Amicis indiget honeſtis. cap:10

In bonis fortunis, & malis, opus eſt amicis ī bonis, q̃a fortunati indigēt cōueniētibus, & quib. bonū faciāt, in malis vero, q̃a triſtati alleuiātur Amicis cōdolentib. c.13

Magis debet reddi mutuum, quàm Amicis tribui. cap.12

Prauus, nihil amicû habet, nec ad ſeipſum, nec ad alium. cap 6

Quod cum maiore labore acquiritur, magis diligitur. cap.8

Solicitatio, difficilis eſt vita. cap.10

Vnuſquiſq; Artifex diligit opus ſuũ. c.8

Commentator in eundem.

Amor, fit per ſenſum viſus. cap.14

Deus, diuidit vniuerſa bona vnicuique ſecundũ materia, vel aptitudinẽ eius. ca.4

Intuitus amati, valde eligitur apud amaſios. cap.14

Nullus amat, niſi pri⁹ delectat⁹ fuerit. c.6

Virtuoſus, vult vitam propter ſeipſum, & ſalutem, & præcipue ſalutẽ partis illius, per q̃ eſt bonus, & virtute præditus. cap.4

Vir, vituperatur vltimo vituperio, quando nihil facit, niſi propter ſeipſum. cap.9

Libri decimi.

Amantes fiſtulas, non poſſunt attendere ſermonibus, ſi audiant fiſtulantem. ca.9

Delectatio, perficit operationem. cap.1

In actibus humanis, minus creditur ſermonibus, quàm operationibus. cap.11

Multi magis obediũt neceſſitati, quam ſermoni. cap.11

Non

Non valentes continue operari, requie indigent. cap.7

Omnia habentia corpora, non poſſunt continue operari. cap.2

Philoſophia, habent admirabiles delectationes, puritate, & firmitate. cap.8

Quædam delectant noua, quæ poſtea non ſimiliter delectant. cap.2

Commentator in eundem.

Dignius eſt intellectui, eligere apprehenſiones, quàm aurum. cap.6

Intellectus dominatur omnibus. cap.9

Licet hō ſit paruus corpore, & magnitudine, tū potētia ſuperat omnia multū ca.9

Rebus, q̄ nō diuidunť, nō eſt gn̄atio: c.4

Politicorum libri. Libri primi.

Animal, conſtat ex anima, & corpore, inter quæ anima, eſt regens naturaliter corpus vero, rectum.

Conſilium mulieris, eſt inualidum. Pueri autem, imperfectum.

Deſideriū diuitiarū, vadit in infinitum.

Diuerſitas alimentorum, facit diuerſas vitas animalium.

Facile eſt, ditari philoſophis, ſi volunt.

Fortitudinis non eſt, diuitias parare, ſed

fiduciam animi.

Homo, naturaliter eſt animal politicum, & ciuile.

Homo ſolitarius, aut Deus, aut beſtia.

In prauis, ac male diſpoſitis, corpus dominatur animæ.

Maſculinum naturaliter dignius eſt fœminino.

Mulieres, ſunt media pars hominum liberorum.

Natura nō facit vnum inſtrumentum, niſi ad vnum opus.

Natura, nihil facit fruſtra.

Non eſt poſſibile, viuere ſine alimento.

Natura, facit oīa aīalia ꝑpter hominē.

Nulli inſtrumentū cuiuſq; artis, eſt infinitū, neq; magnitudine, neq; multitudine.

Numus, eſt primum, & vltimum in commutatione.

Opus, quod fit à melioribus, ſemper eſt melius.

Omnis ſocietas, eſt conſtituta gratia alicuius boni.

Omnis domus, regi debet à Seniore.

Plurimum genus hominum, ex fructibus domeſticis terræ viuit.

Regens,

Regens naturaliter dignius eſt recto.

Sicut optimum animalium, eſt homo lege fruens ſic peſſimum animalium, eſt homo à lege, & iuſtitia ſeparatus.

Seuiſſimà iuſtitia, eſt habens arma.

Sine neceſſarijs impoſſibile eſt viuere, & bene viuere.

Seruus naturaliter non eſt ſuiipſius, ſed alterius.

Silentium, præſtat mulier ornamentũ.

Textoris nõ eſt lana facere. ſed factis vti.

Vtile eſt, corpus rapi ab anima.

Vtile eſt oĩbus animalib⁹, regi ab hoĩe.

Virtus, & malitia determinat nobiles, ignobiles, ſeruos, & liberos.

Libri ſecundi.

Amicorum, omnia ſunt communia.

A mulieribus male regitur ciuitas.

Amicis auxiliari, dulciſſimum eſt.

Bonum eſt, ab aliena Muliere abſtinere propter temperantiam.

Ciues ſunt ſocij vnius ciuitatis.

Impoſſibile eſt indigentem, bene Principem agere, & ſtudio vacare.

Leges inhoneſtæ, licet maxime ſint in vſu, ab oleri licet.

Maximum bonũ ciuitatis, eſt amicitia.

Multi ſerui, quãdoq; deterius ſeruiunt paucis.

Melius eſt, Mulieris dotem modicam, vel mediocrem eſſe quàm magnam.

Melius eſt, iudicare ſecundũ leges, & literas, quã ex propria ſcientia, vel ſentẽtia.

Omnis ciuitas, Artificibus indiget.

Pecunia, ſeditionẽ efficit, & malignitatẽ

Populares homines, diſcordant propter inæqualitatem poſſeſſionis, generoſi autem, propter inæqualitatem honoris.

Quod plurimorum eſt commune, minime curam ſortitur. Quia de propriis, maxime curant homines. de communibus aũt minus, quàm quãtum ſingulis competit.

Qui delectari velit ſine triſtitia, ad philoſophiam recurrat.

Vnuſquiſque, naturaliter, & maxime amat ſeipſum.

Vnum opus, optime fit ab vno.

Libri tertij.

Ciuitas, eſt ciuium multitudo.

Ciuitas, non eſt vna propter eoſdem muros, ſed propter eandem politiam.

Ingenuitas, eſt virtus generis.

Melius,

Melius, eſt ciuitatē regi à viro optimo, quàm lege optima.

Non eſt idē bonus vir, & bonus ciuis.

Non contingit eum bene Principem agere, qui ſub Principe non fuit.

Optima ciuitas, non fεit vtilem Artificem, eſſe ciuem vel Principem.

Oportet bonam ciuitatem, de virtute eſſe ſolicitam.

Politia, eſt ordo quidā habitantiū ciuitatem, Principem agendo, & ſubijciendo.

Prudentia, propriæ eſt virtus Principis.

Pars, non eſt apta nata excellere ſuum totum.

Quicunque politice intendunt vtilitatem communem, recte ſunt iuſti.

Quicūq; intēdūt vtilitatē ꝓpriā, vitioſi ſunt, & rectarū politiarū ſunt trāſgreſſores.

Sine iuſtitia, implurare eſt, habitari ciuitatem.

Turba multa, melius iudicat, quam vnus tantum.

Virtuoſum Principem agere, melius eſt, quàm multos alios.

Libri quarti.

Ciuitas, nō conſtat ex vna parte tantū

ſed

ſed ex multis. quarum vna, ſunt Agricolæ. alia Artifices manuales, aliæ, qui negociantur circa forum, alia, mercenarij vltima, propugnatores, & armiger quos in ciuitate neceſſarium eſt exiſtere ſi non debeat inimicis ſeruire.

Diuites, & nimis potentes, nõ ſubiiciuntur, nec volunt ſubiici.

Bona Fortuna eſt, ciues mediocrẽ ſubſtantia habere, tanquam ſufficientem eis, quia per tales bene regitur ciuitas. cap. 4

In omni ciuitate, ſunt tres ſpecies hominum. diuites, pauperes, & mediocres, quarum vltima, eſt optima.

In magnis negociis, oportet vnum negociari ad vnum opus. Quia melior eſt cura intenta circa vnum quàm circa plura.

Media poſſeſſio bonorum exteriorum, eſt optima. Quia facillimum eſt, rationi obedire.

Mediocres ciues, maxime ſoluantur in ciuitate hi enim non deſiderant aliena, ſicut pauperes, nec horum ſubſtantiam cupiunt, quapropter ſine pericolo, viuunt.

Magnæ ciuitates, magis ſunt cum ſeditione, quàm paruæ, quia ibi remedium eſt

multum.

multum.

Non ſolum oportet politiam à principio inſtituere, ſed etiam oportet ipſam corrigere.

Nimis viles, & egeni, neſciunt Principes agere.

Nobilitas, eſt virtus, & diuitiæ antiquæ

Qui alteri ſeruit, nō eſt per ſe ſufficiens.

Quanto aliquid magis accedit ad medium, tanto eſt melius, & quanto magis recedit, tanto eſt peius,

Sine principibus, impoſſibile eſt eſſe ei ciuitatem.

Libri quinti.

Contraria, ſunt factiua contrariorum.

Contumelia, eſt cauſa iræ.

Minores, vt fiant æquales, ſeditionem faciunt æquales vero, vt fiant maiores.

Malus, mittit manum ad impoſſibilia.

Nobilitas generis, & diuitiæ, principia ſunt, & fontes ſeditionum.

Nullus naturaliter mittit manum ad impoſſibilia.

Non facile poteſt inuadi, qui ſobrius eſt, ſed qui eſt ebrius nec qui eſt vigil, ſed qui eſt dormiens.

Nobilitas,& virtus, ĩ paucis inueniunť.

Oĩs diuerſitas,videtur facere ſeditionẽ,

Oportet Principem, bonos honorare. & ipſum eis honores diſtribuere ſupplicia autem diſtribuere,nõ per ſe, ſed per alios.

Propter inæquale,fit ſeditio vbique.

Principium, videtur eſſe plus,quam dimidium totius.

Pater, & Filius,ſimul principem agere non debent nec minor,& Senior Frater.

Politiæ, maxime diſſoluuntur propter iuſtitiæ tranſgreſſionem.

Paruæ expenſæ ſæpe factæ,conſumunt ſubſtantiam.

Periculoſum eſt Principi, ſubdito dare magnos honores.

Principes, ne inuadant ebrietates, & ſomnium debent euitare.

Princeps, debet eſſe Dei cultor. Quia minus timent homines,iniuſtũ pati à principe, ſi Dei cultorem putant ipſum eſſe.

Princeps, Dei cultor debet eſſe plus,& minus ciuium.

Princeps, nullum virum totius ſui dominij debet facere cuſtodem.

Quod eſt plus,eſt inæquale vnicuique.

Quod eſt parum, quaſi nihil differt ab eo, quod eſt nihil.
Quod volunt potentes, agunt omnes.
Rex, iuſtitiam conſeruare debet.
Regnum, ſaluatnr per amicos.
Si plures ſint Fratres, ſenior ſemper debet Principem agere.
Si princeps aliquē à poteſtate ſibi tradita deponere velit, gradatim debet hoc facere, & non ſimul totam poteſtatē auferre.
Vbique, pro inæquali fit ſeditio.
Libri ſexti.
Agricolæ, qui nō habēt neceſſaria, circa opera morātur, & nō cōcupiſcunt aliena.
Agricolæ, magis appetunt lucrum, quā honorem, & ideo delectabilius eſt eis laborare quàm principem agere, & dominari.
Nō eſt facile, permanere ciuitatem ſine legibus, & conſuetudinibus compoſitam.
Neceſſarium in omni ciuitate, aliquid emi, & aliquid vendi.
Opus libertatis, eſt viuere, vt vult aliquis. Quia ſeruus non viuit, vt vult.
Optimus populus eſt, qui terræ colendæ deditus eſt.
Oportet in ciuitate aliquos eſſe, qui curam

ram Deorũ,habeant, ſcilicet Sacerdotes.

Pluralitas perſonarum,in electione præfertur paucitati ſimpliciter magnitudo, dignitati præfertur.

Paucum malum, cito negligitur.multũ autem factum magis in oculis eſt.

Prauos facere Dominos, non eſt ſecurum, quia ipſi magis indigent cuſtodia aliorum, quàm poſſint alios cuſtodire.

Libri ſeptimi.

Anima,pretioſior eſt corpore, & omni poſſeſſione,& omnibus alijs boni.

Ars,ſupplet defectum naturæ.

Bonum animæ,pretioſius eſt omnibus alijs bonis.

Bene regere, eſt optimum, & maxime eligibile.

Bonum eſt puerum eſſe ſine vino.

Duplex eſt felicitas, contemplatiua, & politica,quarum prima,eſt melior.

Felicitas perfecta,eſt vſus virtutis.

Finis generationis in viris, vt plurimũ eſt numero ſeptuaginta annorum in mulieribus vero, quinquaginta.

Inter omnia animalia, ſolus homo habet rationem.

Iuuenum coitus, prauũ eſt ad puerorũ pro creationem, ſimiliter Senum, virorum vero, bonus.

Iuuenes ab ebrietate maxime cuſtodire oportet.

In bonis exterioribus, non eſt felicitas.

Lactis alimentum maxime familiare eſt corporibus puerorum.

Mulieres congiugari cõuenit, circa æta tes annorum octodecim viros vero, circa trigintaſex.

Neceſſe eſt futurum principem, ſubditum eſſe, vel fuiſſe

Omnis exceſſus rerum, vel nocet, vel ni hil proficit.

Omnia amamus, ſed præmia magis.

Potentia, eſt in iunioribus, prudentia autem in ſenioribus.

Triplex eſt bonum, animæ, corporis, & bonum extrinſecus aduenïens.

Libri octaui.

Anima naturaliter delectatur in muſicis melodiis.

Ebrietas, homines impetuoſos facit.

Ludus, ſit propter requiem.

Melodia, iratos, & aliis paſſionibus occupatos

cupatos ſæpe alleuiat,ipſos lætos faciens.

Muſica,eſt potens lætificare homines.

Muſica, valet ad deductionem temporis,& ad delectationem,& ideo,Pueris cõuenit ſtudere muſicæ.

Non ſolum pueri erudiendi ſunt, in arte vtili, & neceſſaria, ſed etiam in artibus liberalibus,& honeſtis.

Omne laborans,requie indiget.

Requies neceſſario eſt delectabilis quia eſt medicina triſtitiæ, quæ cõſiſtit in labore.

Studium debet eſſe commune.

Oeconomicorum libri.

Ciuitas, eſt domorum pluralitas,agro, & pecuniis ſufficienter abundans ad bene viuendum.

Coniunctio maſculi, & fœminæ,in irrationalibus,eſt ſolũ gratia prolis perpetuãdæ, in rationalibus vero,nõ ſolũ huius gratia, ſed & alterius, vt parentes in ſenio effecti impotentes iuuentur à filijs potentibus.

Diuerſitas motuum,nequaquam ad dilectionem ſunt aptæ.

Duæ ſunt ſpecies ſeruorum, curator,& procurator.

In

In republica plures ſunt imperantes. in familia vero, vnus tantum.

Iniuriari fœminæ, eſt coire cum extranea muliere.

Impoſſibile eſt, non diligentis Domini ſeruos diligentes eſſe.

Maximus eſt honor ſobriæ mulieri, ſi viderit virum ſibi caſtum eſſe, & de nulla alia curare: ſed præ omnibus ipſam caſtam, & fidam exiſtimare.

Non oportet dominum eſſe ſine cuſto dia ſic nec ciuitas.

Nemo habent parem curam ſuorum, & alienorum.

Non tantũ nitor veſtimentorũ, nec excellẽtia formę, nec auri multitudo ad laudẽ mulieris valet. quãtũ valet modeſtia in rebus, ac ſtudiũ honeſte decoreq; viuẽdi.

Non debet homo ſanę mentis, vbicunque conuerſari.

Omnis educatio, eſt à matre.

Oportet virum ducere vxorẽ puellam, vt eam doceat bonos mores.

Oportet, ſeruo dare opera, & victum, ſufficientia.

Prius decet dominum expergiſci, quam

ferrum, & poſterius ire cubitum.

Quod magis impinguat equum? oculus Domini. Et quod ſterquilinium agro eſt optimum? veſtigia Domini.

Quãto quis diligẽtius obſequitur, tanto maiorem gratiam obtinebit.

Societas, ſecundum naturam maxime ineſt mari, & fœminæ.

Surgere de nocte, ad ſanitatẽ, & ad philoſophię ſtudia prodeſt quam plurimum.

Si mulier cognouerit ſibi caſtum, & fidum virum, ipſa etiam fida, & caſta erit.

Vnuſquiſque pergrauiter fert, honore ſuo priuari.

Beotij de conſolatione. **Libri 1.**

Agi iuſtitiæ frænis, eiq́; obtemperare, ſumma eſt libertas. proſa. 5

Beatæ ſunt res publicæ, quę à ſtudioſis ſapientiæ reguntur, vel quarum Rectores ſtudere ſapientiæ contingit. pro. 4

Homo, eſt animal rationale, atq; mortale. pro. 6

Latet obſcura cõdita virtus, clara tenebris. Iuſtusq́; tulit crimen iniqui. Metro. 5

Malorum exercitus, & ſi non numeroſus ſit, ſpernendus tamen eſt quoniã non

ratione,

ratione,ſed temere regitur. Proſa. 2

Mors hominum felix,quæ ſe nec dulcibus annis.
Inſerit,& mœſtis ſæpe vocata venit.Met.1

Omnia certo fine gubernas, hominum ſolos reſpuis actus. Met.5

Philoſophia, eſt omnium virtutum magiſtra. pro 3

Qui cecidit, ſtabili non erat ille gradu. Metro.1

Si quod recipit via, certum deſerit ordinem. Met.6

Lætos non habet exitus.
Tu quoq; ſi vis.
Lumine claro cernere verum,
Tramite recto carpere callem,
Gaudia pelle,pelle timorem,
Spemq; fugato, nec dolor adſit,
Nubila mens eſt, vinctaq; frænis,
Hæc vbi regnant. Met.8

Libri ſecundi.

Anxia res eſt humanorum bonorum conditio. Pro.4

Auarita, odioſus ſemper facit . largitas vero claros. Pro.5

Beatitudo, eſt ſummum bonū naturæ,

 ſecundum

ſecundum rationem degentis. pro.4

Beatitudo, non eſt in rebus fortutis eo, ꝙ hæc auferri poſſunt Beatitudo vero, ſtabilis permanent. pro.4

Cæteris animalibus, ſeſe ignorare à natura ineſt homini vero, à vitio. pro.5

Continuus timor, non ſinit eſſe felicem. pro.4

Diuitiæ, ſępe poſſidentibus nocuerunt. pro. 5

Deſine amiſſas opes querere. quod diuitiarum genus pretioſiſſimum eſt ſcilicet amicos, inueniſti. pro.8

Ego nego illud eſſe bonum, quod nocet habenti. pro.5

Ex virtutibus, dignitati honor accedit. & non ex dignitate, virtuti. pro.6

Fortuna, non ſemper ſe bonis adiungit. nec quibus adiuncta fuerit, bono efficit. pro.6

Finiti, & infiniti nulla vnquam poterit eſſe collatio. pro.7

Hunc continuum ludum ludimus, rotam volubili orbe verſamus. Infima ſummis, ſumma infimis mutare gaudemus, aſcende, ſi placet. pro.2

Homines.

Homines, Deo mēte ſimiles ſunt. pro. 5

Heu grauem ſortem, quoties iniquus additur ſæuo gladius veneno. Met 6

In omni aduerſitate fortunæ, infeliciſſimum genus infortunij, eſt fuiſſe felicem. pro. 4

Immortalitatem propagare videmur, quando futuri temporis famam cogitamus. pro. 7

Manifeſtum eſt, fortuitam felicitatem corporis morte finiri. Pro. 4

Mors ſpernit altam gloriam, inuoluit humile, pariter excelſum caput. Met. 7

Nihil eſt miſerum, niſi cum putes. pro. 4

Nunquam tua faciet eſſe Fortuna, quę à te Natura rerum facit aliena. pro. 5

Neceſſe eſt per multis indigere, qui per multa poſſident. pro. 5

Natura, paucis, minimiſq; contenta eſt. pro. 5

Natura diſpicit, vt contraria quæq; iungantur. pro. 6

O quàm præclara eſt operum beatitudo mortalium, quam cum adeptus fueris, ſecurus eſſe deſiſtis. pro. 5

Omne terrenum negociū ſpernit ani-

ma, quæ ſe cœlo fruens, terrenis gaudet eſſe exemptam. pro.7

Libri tertij.

Amicorum genus, quod ſanctiſſimum eſt, non in fortuna ſed in virtute numeratur. pro.2

Ad verum bonum, naturalis ducit intentio. & ab eodem, multiplex error abducit. pro.3

Aliena claritudo, ſi tuam non habes, ſplendidum te efficit. pro.4

Beatitudo, eſt ſtatus omnium bonorũ, aggregatione perfectus. pro.2

Bonum, ex diuerſis ſtudijs appetitur. pro. 12

Deus, eſt ens bonum, quo nihil melius excogitari poteſt. pro.12

Deus, malum facere non poteſt pro.4

Egemus illo, quod dederamus. pro.31

Eorum eſt eadem ſubſtantia, quorum effectus non eſt diuerſus. pro.11

Eſt enim mentibus hominum, veri boni naturaliter inſerta cupiditas. ſed ad falſa deuius error abducit. pro.2

Felix, qui potuit boni fontem viſere lucidum. Me.22

Felix, qui potuit grauis terræ. ſoluere vincula. Me. 12

Gloria mortaliũ, nihil aliud eſt, quam aurium inflatio magna. pro.6

Heu, quàm miſeros tramite deuio abducit ignorantia. Me.8

Illa eſt vera & perfecta felicitas, quæ potentem ſufficientẽ, reuerendum celebrem, lætumq; perficit. pro.9

Nobilitas, eſt laus quædam, proueniens ex meritis parentum. pro.6

Nam partium eſt, vt vnum corpus diuerſe componant. pro.10

Omne animal, tueri ſalutem laborat mortem vero, perniciemq; deuitat. pro.11

Omnia bonum appetunt. pro.9

Philoſophia, eſt ſummum laſſorum animorum ſolatium. pro.5

Quæ peſtis efficacior eſt ad nocendum, familiari inimico? pro.5

Triſtes eſſe voluntatis exitus, ſiquis libidinum ſuarum reminiſci volet, intelliget. pro.7

Taceo quod naturæ minimum auaritiæ autem nihil ſatis eſt. pro.3

Vxor, ac liberi, iucunditatis gratia appetuntur.

ſuntur. pro.1

Libri quarti.

Apud ſapientes, nullos prorſus odio locus relinquendus eſt. pro.4

Beatitudo, eſt præmium humanorum actuum. pro.3

Duo ſunt, quibus omnis effectus humanorum actuum conſtat. voluntas ſcilicet & poteſtas. quorum ſi alterum deſit nihil eſt. quod explicari queat. Deficiente, enim voluntate, nec aggreditur quiſquã; quod non uult ac ſi poteſtas abſit, voluntas fit, fruſtra. pro.11

Infelicior, ac miſerior eſt iniurię illator quàm acceptor & iniuria, eſt inferentis miſeriam. pro.4

Id eſt, quod ordine retinet, ſeruatq; naturam. pro.2

Mali, infeliciores ſunt cum concupita perfecerint quam ſi ea, quæ cupiunt, explere non poſſint. pro.4

Mali puniti, meliores ſunt quam mali impuniti. Quia pæna malorum bona eſt ratione iuſtitiæ. pro 4

Nequitia florentes, ac imperante virtus non ſolùm præmijs caret, verum etiam

ſceleratorum pedibus ſubiecta calcatur, & loco facinorum luit ſupplicia. pro. 1

Nullum malum impunitum, nullum bonum irremuneratum. pro. 1

Non eſt fas homini, cunctā diuini operis machinam vel ingenio comprehendere, vel ſermone explicare. pro. 6

Probos mores, ſua præmia non relinquunt pro. 3

Præmium bonorū, eſt Deos fieri. pro 3

Quid animorum ſalus eſſe videtur, niſi probitas? quid vero ægritudo, niſi vitia? pro. 6

Quicquid à bono deficit, id eſſe deſiſtit. quo fit, vt mali deſinant eſſe, quod fuerat. pro. 3

Sicut probis, probitas eſt præmium. ita malis, nequitia eſt ſupplicium. pro. 3

Sicut languor eſt morbus corporis ita malitia eſt morbus animæ. pro. 4

Vis aptam meritis vicem referre? Dilige iure bonos, & miſerere malis. Me. 4

Libri quinti.

Aeternitas, eſt interminabilis vitæ ſimul tota, & perfecta poſſeſſio. pro 6

Extrema hominum ſeruitus eſt, quando

do vitiis dediti, rationis propria poſſeſſione ceciderint. pro 2

In hodierna vita, non amplius viuitur, quam in mobili, tranſitorioq; momento. pro 6

Omne quod ineſt ſenſibus, ſi ad rationem referas, vtile eſt. ſi ad ſenſum, particulare. pro. 6

Omne, quod cognoſcitur, non ſecundum vim ſui, ſed potius ſecundm cognoſcentis facultatē comprehenditur. pro. 4

Omne futurum, præcurrit diuinus intuitus. pro 6

Quibus ineſt ratio, his etiam ineſt volendi nolendiq; libertas. pro. 2

Sperare, & orare, ſolus modus eſt, quo cum Deo homines loqui videntur. pro. 3

De diſciplina ſcholaſtica. Cap. 1.

Diligentia, cuiuſlibet operis obtuſitas præmollitur. cap. 1

Grammaticæ copioſus fructus, nullo modo eſt ſilentio obliquandus per eum. enim cuiuſlibet ſcientiæ commendabilis redditur poſſeſſio. cap. 1

Sicut prudentia ſine iuſtitia parum, vel nihil prodeſt iuſtitia vero ſine prudentia,

multum ſic. ſcientia ſine vſu, parum vſus ver ſine ſcientia multum. cap.1

Succincta breuitas, licet voce ſit tædioſa, non tamen eſt infrugifera. cap.1

Capitis ſecundi.

A luxuriæ feruore, ſtudeat diſcipulus alienari. cap.2

Diſcipulus, non ſit magiſtro violentus. cap.2

Miſerum eſt, eſſe magiſtrum, qui nunquam nouit ſe eſſe diſcipulum. cap.2

Meretrix eſt nonaria, inferni ianua, via iniquitatis, ſcorpionis percuſſio, viſcarium ſceleris, puteus interitus. cap.2

Non eſt dignus ſcientia, qui ſcientiæ inſurgit præceptor. cap.2

Qui non nouit ſe ſubiicere, nunquam ſciet magiſtrum agere. cap.2

Scholaſticus. non debet eſſe dyſcolus. cap. 2

Vinum modice ſumptum, acuit ingenium non modice vero, rationem conturbat, intellectum hebetat, memoriam eneruat, obliuionem immittit, errorem infundit, & ignorantiam inducit. cap.2

Capitis tertij.

Quid lucidius in dilectionis opuſculo, conſtantia. Quid nequius inconſtantia pri ma parit procedit, & colligit ſecunda verò per te diſſoluit, retrocedit, & collecta diſpergit. cap. 3

Summa ſit diſcipuli Magiſtratui ſubiectio, exercitij attentio cum animi beneuolentia, & ingenij docilitate ſpecierum luxuriæ euitatio, feliciſſq; conſtantiæ debita profeſſio. cap. 3

Capitis quarti.

Non eſt dignus dulcoris acumine, qui amaritudinis neſcit inuiſcari grauamine. cap. 4

Prudentis diſcipuli conſtantia gaudeat ſemper conſorte ſpeciali, cum propriam poſſit detegere ſcientiam. cap. 4

Seruus bilinguis procul expellatur, & ipſius nequitia ſtatim deponatur. cap. 4

Capitis quinti.

Alios docere, eſt proprie facultati indulgere. cap. 5

Miſerrimi ingenij eſt, vti ſemper inuentis, & non inueniendis. cap. 5

Non intereſt diſcentis, probroſis appel-

lationibus,

lationibus,& contumelioſis regentem incitare. cap.5

O quàm felicis exitus eſt, veneranda commendatio. cap.5

Proprio labore diſcipulus cõfiſus, nunquam alieno inuidebit honori. cap.5

Capitis ſexti.

Fœtidum vas, aquas infuſas corrumpit. cap. 5

Nulla eſt res diſcipulo magis contumelioſa; quam vita magiſtri contumelioſa. cap. 6

Oportet prius diſcere, quàm docere. c.6

Opportunius eſt mechanicæ deſeruire arti, quàm iugo negligentiæ onerari. ca.6

Rerum effectus, exhibitione operis declarantur. cap.6

Subminiſtrantium curæ non ſemper eſt confidendum. cap.6

Sicut in vnoquoq; opere, mater inuenitur conſtantia, ita vniuerſæ doctrinæ,& diſciplinæ, nouerca eſt negligentia. cap 6

Valde abſurdum,& iniquum eſt, vt imperiti peritis, nouelli antiquis, rudeſq; præferantur emeritis. cap.6

Apuleij,

Apuleij, de Deo Socratis.

Dij, ab omnibus differunt, loci ſublimitate, vitę perpetuitate, & naturę pfectione.

Deus eſt omnibus animi paſſionibus liber vnde non dolet, nec triſtatur.

Dæmones, ſunt animalia genere, mente rationabilia, animo paſſiua, corpore aerea, & tempore æterna.

Magna eſt dignitas Sapientiæ, quæ Socratem ſummo Deo coæquat.

Nihil eſt Deo perfectius, & potentius.

Nihil eſt generoſius, & ſimilius Deo, quam vir perfecte bonus qui in tantum homines cæteros excellit, quantum ipſe à Dijs immortalibus excellitur.

Præſtantiſſimum animal exiſtens in terris, eſt homo.

Perpetua conuerſatio, contemptum parit raritas autem, admiratione conciliat.

Sumus Deus, infinitus eſt, non ſolum loci excluſione, ſed etiã naturæ dignitate.

Si laudas aliquem, quia generoſus eſt, parentes eius lauda. ſi autem quia diues, fortunæ hoc debetur. ſi autem quia validus, ægritudine fatigabitur ſi autem quia velox, in ſenectute abibit. ſi autẽ quia formoſus,

moſus, expecta modicum, non erit. Sed ſi eum laudas, quia bonis moribus, & artibus doctus eſt, & valde eruditus, quantum homini licet. tunc ipſum virũ laudas, quia nec à patre hæreditarium, nec caſu pendulum, nec ætate mutabile, nec à corpore caducum.

Ariſtotelis, aliarumq; philoſophicarum Sententiarum Finis.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE